



ASSISTENTE SACRO-SANCTÆ ET INDIVIDUÆ

TRINITATIS PRÆSIDIO, 1694/3

EX

DECRETO ET AUTORITATE, 1050

MAGNIFICI ET CELEBRATISSIMI 3/

CTORVM ORDINIS

IN ILLUSTRIA ACADEMIA

LUDOVICIANA,

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DE

TRANSACTIONE

CALUMNIOSA,

PRO LICENTIA

SUPREMOS IN UTROQUE JURE

HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA

RITE CONSEQUENDI,

PUBLICO AMPLISSIMI

SENATUS ACADEMICI

EXAMINI SUBMITTIT

GEORGIUS LANGENBECK,

*Hamburgensis.*

IN SOLENNI ÇTORUM AUDITORIO

Ad d. Nov. MDCXCIV.

GISSÆ HASSORUM,

Typis CHRISTOPH. HERMANNI KARGERI, Acad. Typ. Ord.

101

ASSISTENTE SACRO-SANCTE ET INDIVIDUAE

TRINITATIS & RESIDIO

DE

DECRETIS ET VIRTUTIBUS

CAECILII ET CELESTINI

CAESARIS

IN H. IUSTITIA ACADEMIA

LUDOVIGIANA

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DE

TRANSACCIONE

CALLUMINOSA

PRO LICENTIA

FORNOSI IN OTROGOLORE

IN HONORE ET VIRTUTE DOCTORALIA

DE CAESARE

PABRICO ANSELMI

SENATUS ACADEMICI

EX AMPLISSIMO

GEORGII LANGENBECK

1777

IMPRIMATUR

ANNO MDCCCLXXVII

GEORGII LANGENBECK

The University of Jena, Germany





I. N. 7.

## PRÆLOQUIUM

**D**E Transactione equidem in genere copiosè satis & solidè passim agitur, sed quam calumnia partis ab altero extorquet, summo ubique ferè digito attingitur, & tamen sub hac exulceratâ mundi senectâ totidem penè hujus, quot illius, quæ bonâ utrinque sit fide, transactionis exempla deprehenduntur. Quare postquam vitæ Academicæ, edito inaugurali Specimine, valedicere sum jussus, operæ me pretium facturum credidi, si ex Pauli in *l. 25. ff. de liberat. leg.*

A

leg.

leg. & Ulpiani in l. i. pr. ff. de suspect. Tut. consilio, qui quæ frequenter eveniunt, præ aliis attingi volunt, illud, quod circa *Calumniosam Transactionem* justum atque æquum est, proponerem, pariter ac publicæ Magnifici, Excellentissimique Senatus Academici disquisitioni decenter subjicerem. Si qui verò per imbecillitatem meam hîc irreperunt errores, horum mihi facilem, ut spero, Lector benevolus veniam dabit, qui Dissertationem tempore circumventus admodum deproperare debui. Tuum verò O Æterne DEUS! mente manueque ad Sacrosanctæ Majestatis tuæ venerationem humillimè compositâ, benignum auxilium imploro.





§. I.

**U**T Vocum primo, ad exemplum Ul-  
 piani, in l. 1. pr. ff. *Deposit.* Pauli, in l. *Institor est*  
 18. ff. de *Inst. Act.* l. *Exceptio est.* 22. ff. de *Except.*  
 & Imp. Justiniani in l. 3. & 4. C. de *V. S.* & in S. 5. 7.  
 quib. mod. 7. P. P. *solv.* quaedam habeatur ratio, primò  
*Transactionis*, postea *Calumniosa* verbum evolvendum  
 paucis est, quo demum, quid *Transactio Calumniosa*  
 sit, constare queat.

§. II.

*Transactionis* vocabulum à *Trans* & *actio* composi-  
 tum esse, verissimè Wesenb. ait, in *Parat. ff. de Trans-*  
*action. n. 1.* Prout igitur *Actio* aliàs largâ significatione,  
 quam impropriam diceret, omnes humanarum actio-  
 num species comprehendit, aliàs verò strictius, magisque  
 propriè pro Jure persequendi in Judicio, quod sibi des-  
 betur (cui malè nonnulli addunt, *summe est: arg. l.*  
*nemo 82. ff. de V. O.*) accipitur: *princ. l. de Act. l. 51. ff. de*  
*O. & A.* Ita quoque compositum ejus *Transactio*, gene-  
 raliter & specialiter capitur; priori modo sumtum,  
 qualemcunque negotii compositionem & confectionem  
 significat, sic ut transigere idem valeat, quod negotium  
 conficere, expedire & finire: Vid. l. 18. ff. de *dol. mal. l.*  
*46. ff. de R. V. l. 229. & seq. ff. de V. S. l. 1. S. fin. ff. ad*  
*SCr. Tertull.* Ita Cicero pro Quintio, *quaro, quâ ratione*

*Navius susceptum negotium non transegerit ?* pro Roscio Comced. per nuntium hoc, quod erat, tam leve, transigere potuisti. Posteriori modo & quidem proprie, eam compositionem denotat, quâ res dubia aut litigiola, partium consensu componitur, in rubr. & passim ff. & C. de transact. Quæ significatio hujus loci est. Appellatur Decisio in l. 7. 17. 19. 24. 33. C. de transact. 46. ff. de R. V. l. 3. §. 1. ff. ad L. Falcid. Pactum transactionis l. 31. C. de transact. Pactum. l. 11. 13. 15. 17. 20. 28. 41. C. de transact. Placitum, l. 5. 6. 10. 13. 14. 27. 28. 41. C. d. t. Transactionis placitum, l. 7. 17. C. d. t. Pactum conventum, l. 15. ff. d. t. Germ. Ein Vergleich oder Vertrag dicitur, vid. Coll. Jur. Argent. tit. ff. de transact. th. 3.

§. III.

*Calumniosam à Substantivo Calumnia, & Calumniam,* prout *Calumniari*, ab antiquo *Calvo* vel juxta alios *Calvor* (cujus in lege XII. tabul. violentam in Jus deductionem permittente, sequentibus verbis fit mentio: *Si calvitur pedemq. struit, manum endo jacito*) quod decipere & frustrari notat, item *Calvitate* h. e. deceptione, calliditate & fraude in l. 28. §. in omnibus ff. Mandat. nomen habere, Lexicographi ad unum fere omnes notant. Est autem *Calumnia, & Calumniosus*, itemque *Calumniari* verbum, non saltem generale, quo omnis Malitia cujuscunque generis sit, indicatur, prout delinquens & transgressor legis *calumniari* dicitur; quo sensu Imperator *Calumniantium* i. e. delinquentium, ut Mynsing. aliique interpretantur, iniquitates per legitimos tramites expellendas esse pronunciat,



ciat, *in pr. Proem. Inst.* Sed etiam speciale, ubi (1) Qui callidum & malitiosum Juris interpretem agit, calumniosus dicitur, qua ratione Paulus *in l. 19. ff. ad Exhib.* Non oportet, ait, *Jus Civile calumniari, neq. verba captare, sed qua mente quid diceretur, animadvertere convenit*: nec minus (2) mendacem notat, qui ex certâ scientiâ vel dolo, injustè vel agit vel excipit, uti accipitur *in l. 1. §. per calumniam ff. si mul. ventr. nom. in poss. per calumn. esse dic. l. 1. §. 1. seq. ff. ad Sc. Turpill. & l. 2. in pr. C. de Jurejurand. propter calumn. dand.* Cui Calumniæ præcavendæ peculiare Juramentum, quod Calumnia vel Malitia dicitur, ab Actore, pariter ac Reo, quod nempe calumniandi animo litem nec intendant, nec excipiant, Imperator Sacratissimus præstari voluit, *ut non solum lites, uti in d. l. 2. scribit, sed & Calumniatores minuantur*; quanquam multiplex ejus abusus (nam nostrâ ætate, magis de calumniâ committendâ, quam evitandâ litigantes jurare, imo ne obulo quidem Juramentum Calumniæ æstimari ex Socino & Baldo refert Gailius *lib. 1. Obs. 85 n. 4.*) id ferè effecerit, ut partium libidini non amplius absolutè permittatur, sed Judex arbitrio suo statuât, quando deferri & præstari hoc Juramentum debeat: ceu docent Mev. *part. 4. Decis. 164.* & Brunemann. *in process. Civ. cap. 15. n. 6. seq.* Cum hac significatione ferè convenit, quâ (3) injuriosus & fraudulentus Diffamator, Calumniosus Paulo *lib. 1. recept. sentent.* dicitur, quem leges Calumniatorem vocant, scilicet, qui pecuniam, ut negotium faceret, aut non faceret, accepisse dicitur; quo spectat *tot. tit. ff. de Calumniatoribus*, quem hodie plane exolevisse Groenew. *tract. de leg. abrog. tit. ff. de Calumniator.* Mornacius *ad tit. ff. & C. Eod. &*

Autumnus *Censur. Gall. d. 1.* malè tradunt: Vid. Brun-  
nemann. *ad l. ult. ff. de Calumniar. Christianæ. Decis. Cur.*  
*Belg. vol. 4. Dec. 205. num. 22. Carpz. Pract. Crim. quest.*  
*105. num. 6. & qu. 106. num. 40. seqq.* Quorum fronti olim  
stigmata inusta inscriptaque fuisse Doctores passim refe-  
runt: Menoch. *lib. 2. de arb. Just. quest. 103. cas. 322.*  
Wesenb. *in Parat. de Calumn. num. 5.* unde calumniosa  
crimina vocantur, quæ falso delata sunt, eoque pertinet,  
quod Ulpianus *in l. 6. §. 2. ff. de Offic. Præs. ad religionem*  
*Præsidis Provinciæ pertinere, ait, ne potentiores viri humili-*  
*iores injuriis afficiant, neve Defensores eorum calumniosis*  
*criminibus insectentur innocentes.* Denique (4) Calum-  
niosum pro callido, qui simulatis artibus, vel sophisma-  
tibus utitur, subinde sumi cernimus, ita enim Cicero  
*lib. 2. de Republ. ut Carneadi respondeatis, ait, qui sæpe opti-*  
*mas causas ingenii calumniâ ludificari solet.* Enimvero si,  
quæ harum acceptionum hîc sibi vindicet locum, quæ-  
ras, nullam excludi dixerò, cum *Calumniosa Transactio*  
in genere dicatur, quam qualiscunque malitia, calliditas,  
mendacium, vel etiam *iniqua, callidaq; verborum Interpre-*  
*tatio* procuravit, arg. eorum, quæ ad notabilem in hâc  
materiâ textum *in l. in summa 65. §. 1. ibi. Sin autem evi-*  
*dens calumnia detegitur, & transactio imperfecta est. ff. de*  
*condict. indeb.* post alios tradit Brunnemann. *in Comm.*  
*ad ff. d. 1. Germ. dicitur Ein böser/betrieglicher/oder sonst*  
*unbilliger Vertrag / oder Vergleich.*

## §. IV.

Describi itaque potest CALUMNIOSA TRANS-  
ACTIO, quod sit INIQUA REI DUBIÆ, DATO ET  
RETEN-

RETENTO ALIQUO, DOLOSE CONVENTA DECISIO. Genere loco *Decisio* non immerito ponitur; quanquam enim transactionem *Decessionem* magis à lite, quam *Decisionem* litem esse, videri poterat, eo, quod litem non definiat pronunciando, secundum alterutrum, alterius intentione reprobata, quod est decidere, definire, vel condemnando, vel absolvendo, sed in abolitione litem, seu nuda desistentia & abstinentia consistat: vid. D. Strauch. *Dissert. 26. aphor. 5.* Negari tamen nequit, Transactionem si non aliam, saltem ratione effectus decisionem esse, prout expresse *decisio litem* vocatur in *l. 7. 17. 19. 24. & 33. C. de transact. l. 3. §. 1. ff. ad L. Falcid.* hincque factum est, ut etiam aliis Scriptoribus verbum *decidere* usurpatum sit, pro transigere, ita enim Cicero pro Quintio, *Asses sese negat daturum, nisi prius de rebus rationibusque Societatis omnibus decidisset, & scisset, sibi cum eo controversia nihil futurum.* Idem pro Roscio Amerino, *si hanc ei rem privatim Sext. Roscius mandavisset, ut cum Chryfogono transigeret atque decideret.* jung. Arnold. Vinn. *de transact. c. 1. §. 4.* D. Lauterbach. *Coll. ff. Theor. pract. tit. de transact. th. 4. Conventio i. e.* per conventionem facta *decisio* dicitur, ut à sententia Judicis distinguatur, quæ quidem etiam est *Decisio*, quia litem dirimit, sed non per conventionem, (sententia enim etiam inter invitos redditur *l. 83. §. 1. ff. de V. O.*) verum per pronuntiationem Judicis condemnatoriam, vel absolutoriam. *Non gratuita* est, sed dato aliquo & retento celebrari, atque ab utraque parte per eam aliquid remitti solet, *l. 38. C. de transact.* Enimvero si totum auferatur, ex parte Actoris donatio vel  
 repu-

repudiatio, ex parte vero Rei sic remittentis solutio esset.  
 Hahn. *ad Wesenb. in Parat. ff. de Transact. num. 2.*  
 Cæterum inique & dolosè conventa decisio dicitur, quia  
 in eo ratio, cur calumniosa dicatur, unicè refidet, quo  
 à transactione, quæ bona utrinque fit fide, distinguitur.

§. V.

Interim licet iniqua, vera tamen hæc Calumniosa  
 Transactio est, quia rationem formalem transactionis,  
 quæ in rei dubiæ non gratuita decisione consistit, omni-  
 no continet: cui non obstat, quod bona fide careat:  
 siquidem bona fides transactionis saltem qualitas est ac-  
 cidentalis, adeoque utri non constituit transactionem,  
 ira, si absit, non annullat. Atque hoc non saltem cum  
 dolus inciderit in transactionem, sed & si causam ei de-  
 derit, verum esse arbitror: Quia negotia stricti Juris (nam  
 in iis quæ bonæ fidei sunt, secundum veriorum Citra-  
 montanorum sententiam omnino secus est) ad quæ cum  
 Wesenbecio *in parat. ff. de transact. num. 2.* Hahnio in  
*in Observ. ibidem*, aliisque, meritò transactionem refe-  
 rimus, strictam habent interpretationem, indeque de  
 subtilitate seu rigore Juris, ut loquitur D. Struvius *Syn-  
 tagm. 1. Civ. Exercit. 8. th. 32.* dolus, etiam qui causam  
 negotio dedit, cum præsertim tanquam causa ad con-  
 trahendum movens sit extra ipsum contractum, non at-  
 tenditur. *l. si quis 36. ff. de V. O.* vid. Zoef. *ad ff. sit. de dol. mal.*  
*num. 24. in fin.* Vinæ. *select. Quæst. lib. 1. cap. 12.* Hahn.  
*ad Wel. in Parat. ff. de dol. mal. n. 24. in fin.* Schneidw.  
*ad §. Actionum 28. I. de Act. num. 21. seqq.* Bronch. *cent.*  
*1. aff.*

1. *aff. 57. Arum. Exerc. 14. th. 6.* Præterea cum sententia Judicis licet iniqua, vera sententia sit, cur non & transactio iniqua, vera transactio foret? vid. *l. 11. ff. de Inst. & Jur. Junct. l. 20. C. de transact.* nam sufficit decepto, juris quandoque remediis rescissoriis succurri, ut verò ipso jure nullum statueretur negotium, haut erat opus, cum etiam vigilantiam quandam à contrahentibus requirant leges. Planè, si, quod de communi transactionis, qua talis, naturâ requiritur, per calumniam desit, secus est, ut ut externa transactionis figura adsit; pro ut hæc omnia exiis, quæ de *Effectibus Calumniosa Transactionis* infra dicentur, clariora fient,

## §. VI.

Quantum *Subjectum* attinet, nihil singulare *calumniosa transactio* continet, sed quæ de personis transigentibus aliàs Jura volunt, ea & hîc sibi locum vindicant, cum facile constet, qui bona fide transigere non valent, eos nec per Calumniam posse.

## §. VII.

Sed *Causas*, quæ transactionem calumniosam efficiunt, examinare operæ pretium est. Principem hîc sibi locum (1.) *Dolus malus* vindicat, non saltem *specialis* ille, quem Servius definit, esse Machinationem quandam alterius decipiendi causâ factam, cum aliud simulatur, aliud agitur, estque singularis occultæ astutiæ species, quæ in transactione omninò frequens est, sed & *generalis*, qui machinationem

B

nem

nem notat alium scienter & maligno animo lædendi,  
*l. 71. §. 8. de acquir. vel omit. Har. l. 1. pr. §. 1. & 2. ff. si quis omiff. caus. test. l. 12. ff. de Incend. sive clam fiat, sive palàm, & vi apertâ. l. 7. & 10. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 2. pr. l. 8. ff. vi bon. raptor. l. 14. §. 13. ff. quod met. caus. modo ut dixi malus sit. Enimvero dolus bonus tantum abest, ut transactionem calumniosam faciat, ut in qualibet potius transactione sit omni Jure licitus: nam quod Ulpianus in *l. in causa 16. §. idem Pomponius 4. ff. de Minor. de emtione venditione, & Paulus in l. item si 22. §. ult. ff. loc. conduct.* de locatione & conductione ait, *naturaliter se invicem circumvenire*, hoc est, solertiam prudentiamque œconomicam adhibere, licere, add. H. Grot. *de J. B. & P. lib. 2. c. 12. §. 20. Arum. Exercit. just. 14. th. 5.* ad transactionem quoque applicare fas est; præsertim cum odio litium, quas transactio finit, hæc majore, quam ullum Synallagma, favore gaudeat. Modo revera bonus dolus sit, h. e. omni turpitudine, fraude, mendacio, aut captatione verborum careat, nec aliàs contra dilectionem proximi impingat: æterna namque & in transactionis quoque negotio observanda lex est, quam DEUS Opt. Max. contractui emtionis venditionis dixit *Levit. c. 25. v. 14.* his verbis: *Quando vendes quippiam civi tuo, vel emes ab eo, non contristeris fratrem tuum* & D. Paulus *1. ad Theffalon. c. 4. v. 6.* præcipit universalliter, *ne quis fraudet in negotio fratrem suum, quoniam Vindex horum omnium Dominus sit.* vid. omnino And. Dinner. *commentat. de justo rerum pretio definiendo, & quatenus in eo circumvenire contrahentes liceat.* Unde licet Advocatum in bona causa ( de mala siquidem id frustra*

frustra quæritur, cum huic ne patrocinari quidem debeat, aut possit, illæso honore aut conscientia l. 14. §. 1. C. de Judic.) dolo bono uti, & Adversarium ad obtinendam causam, decipere posse, concedam, per can. Dominus noster. caus. 23. q. 2. ubi Augustinus ait, cum iustum bellum quis susceperit, utrum aperte pugnet, an ex insidiis, nihil ad iustitiam interest: vid. Mynsing. cent. 3. Obs. 6. Reink. Bibl. Polisey lib. 2. axiom. 49. Goehauf. Peric. Acad. quest. 32. Kubach. dec. 1. quest. 5. D. Struv. Syntagm. Jur. Civ. ad tit. de postul. th. 8. & imprimis D. Fabricius ad Mynsing. cent. 3. obs. 6. ubi quæstionem hanc momentis suis solidè examinat; si tamen quæritur, an in causa Clientis sui, quam Advocatus novit esse malam, adversarium ad transigendum inducere possit? negative cum D. Struvio ad tit. de postul. th. 5. respondendum arbitror, quia utique, quod alteri debetur, contra conscientiam per transactionem subtrahere, grande nefas est, imò de tali Advocato transigente verum est, quod Pontifex in cap. literas tuas 13. X. de restit. spoliat. ait, quod contra conscientiam faciens adificet ad Gehennam; aliud plane est, si causa non notorie injusta, sed saltem dubia sit, nam tunc tædiorum litis evitandorum causâ pro transactione meritò Advocatus laborat, uti quoque docet Hahn. ad VVes. Parat. ff. tit. de postul. in fin. prout Judici quoque non irascendum est, si saltem ob potentiam aut malitiam adversarii, parti pacem ac transactionem suadeat: nam eleganter Brunnemannus ait, ad. l. in summa 65. §. 1. ff. de condiçt. indeb. num. 14. ut nunc sunt ætempora, sapius calumnia cedendum est.

§. VIII.

Interim quod de *dolo* dictum est, non de *vero* saltem, quique ex proposito committitur, sed & *presumpto* intellectum volo, ut etsi neuter transigentium doli vel calumniæ convinci possit, si tamen ex immodica læsione dolus præsumatur, præsumtus ejusmodi dolus *transactionem calumniosam* faciat: dolus enim ex re, qui non ex consilio, & eo tempore, quo negotium fit, adhibetur, sed ex post facto, & ex nimia læsione supervenit l. 36. ff. de V. O. l. 2. §. 3. 4. 5. & 7. ff. de dol. mal. except. l. 8. §. 9. ff. Mandat. quoad contractum infirmandum idem operatur, quod dolus ex proposito, per ea quæ notat Gail. lib. 2. Obs. 147. n. 11. Reincking in enarr. l. fin. C. de pact. num. 406. Coll. Jur. Arg. lib. ff. de dol. mal. th. 6. Heig. pr. 2. quest. 9. n. 16. indeque ob *enormissimam læsionem* transactionem tanquam calumniosam rescindi posse, infra dicetur.

§. IX.

Adeo multis autem modis circa transactionem *Dolus* committi potest, ut species fraudum omnes, quas malitia fingere solet, recensere nimis longum foret, interim aliqua Exemplum referre non piget. I. Si Debitor quasi ad incitatus redactus, saltem ut remissionem debiti consequeretur, paupertatem simul, interim vel plerasque pecunias occultaverit, vel merces pretiosas amoverit, & tantum tamen hac arte obtinuerit, ut ex commiseratione cum ipso Creditores transegerint, dubium est nullum, ejusmodi transactionem calumniosam esse, & Creditores, uti & infra  
in



in effectu dicetur, postea ad rescindendam eam recte agere, per l. in summa 65. §. 1. ff. de condit. in deb. & l. 19. C. de transact. vid. Brunnemann. ad l. 65. n. 6. & ad l. Majorem 8. & 10. ff. de pact. n. 16. Neque aliquid refert, an cum omnibus & singulis, an majori saltem Creditorum parte transegerit Debitor, cum utique per hoc calumnia non cesset, quod omnes Creditores transegerint: nam & alias quoque perinde est, an major pars Creditorum saltem, an singuli cum debitore pacti fuerint, per l. 8. & 10. ff. de pact. vid. D. Lauterb. Dissert. de pacto remissorio majoris partis Credit. Wissenb. ad ff. tit. de pact. thes. 38. Berlich. p. 2. Dec. 137. & part. 2. Dec. 240. Brunnem. ad d. l. 8. & 10. Planè si Statuto cautum, ne transactio majoris partis Creditorum minori parti præjudicet, pars transigens quidem eo casu, sed non altera quoque de calumniosâ transactione conquerendi causam habet, cum hæc ipso Jure tunc tuta sit. Ita Jure Patrio Hamburgensi part. 1. tit. 43. art. 9. discretè cautum, ne pacto Creditorum, alii, qui non transegerunt Creditores, tenerentur, nisi dilatio saltem pacto indulta esset; verba cit. loc. ita se habent. Es soll gleichwohl keiner von denen Creditoren, wider seinen guten Willen / den vorhabenden Vertrag / ungesachtet wie viel der andern Glaubigern darinnen consentiren / oder wie hoch sich Ihre Schulden erstrecken / zu beliben schuldig sein / sondern Ihm frey stehen / wider den Debitoren sein Recht auszuüben / und dessen Person zu verfolgen / es wäre

dann / daß die andern Creditoren alle / oder der Mehre Theil derselben / dem Debitorn eine Dilation auff einige Jahr eingewilliget hätten / auff den Fall soll der weniger Theil / jedoch ohne einige Abkürzung Ihrer bey den Debitoren anstehenden Schulden / die verstattete Dilation bis auff fünfß Jahr / gegen gnugsame Versicherung / genehm zu halten schuldig seyn.

## f. X.

Similiter II. si quis liquidissimæ obligationis suæ bene conscius, vel solutionem distulerit, vel contra conscientiam debitum eo usque inficiatus fuerit, ut etiam in Judicium vocaretur, saltē ut Creditor molestiis, sumtribusque litis perterritus, parte aliquā debiti remissā, tandem transigere cogatur, procul etiam omni dubio calumniosa transactio est. Enim verolice gravi tali calumniā coram DEO reatus committatur, & poena calumniosum Debitorem certa maneat, læpissime tamen ad hoc impium calumniæ asylum Debitores confugere, experientia pro dolor testis est, & graviter atque piē Vir Juris Consultissimus atque inclytus D. Ahasverus Fritschius conqueritur, *in tractat. von denen Schulden Sünden cap. 7.* Einen zum unbilligen Vergleich wegen mangelnder proces-Kosten dringen ist Sünde. ubi ita ait: Mancher ist seinem Nächsten mit einer geständigen Schuld verhaftet / Er lässet es aber deswegen zum proces kommen / damit der ander wegen Mangel der proces-Kosten / oder auß Verdruß / weil Er nicht gerne hadern und rech-

ten

ten will / gedrungen werde / einen unbilligen  
 Vergleich ein zu gehen / und quid pro quo zuneh-  
 men ; Das ist aber an seinem Nächsten nicht  
 redlich gehandelt : Es laufft schnur stracks wie  
 der Christi Regel / Was du nicht wilt / das  
 dir die Leute thun sollen / das solt du Ihnen  
 auch nicht thun / was ein solcher Mensch etwan  
 dadurch an Gelde vor Güter gewinnet / das ist  
 verflucht / Er legt es in einen löcherichen Beu-  
 tel / dann es ist Diebs- Geld / und kan Ihn  
 nicht gedenen. Es ist ein schändlicher Miß-  
 brauch des Nächsten / denn die processu zu dem //  
 Ende eingefuhret / daß die Gerechtigkeit da //  
 durch befördert / und ein jedweder bey den Sei-  
 nigen geschüzet / nicht aber listiglich beraubet  
 werde. Gütliche Vergleichunge mit seinem  
 Gegentheil treffen / ist Gut / Christlich / und  
 Löblich / aber also daß es mit Treu und Red-  
 lichkeit geschehe / nicht dem einen zum unziemen  
 den Vortheil / und dem andern zum Verderben.  
 Niemand vervortheile seinen Nächsten im Han-  
 del / spricht der Apostel / dann der HErr ist ein  
 Rächer über das alles.

Exemplo huic non multum abſimilis eſt III. illa ſpecies, quâ qui obligatum ſe alterum novit, liquidum equidem non planè negat creditum, ſed tamen refragante conſcientiâ contra illud diſputat, dum vel chirographum, vel qualescunq̄ue alias inſtrumenti tabulas, in quibus fundata eſt Creditoris actio, malitioſè interpretatur, ſaltem ut aliqua tranſactio ſequatur. Eo enim perverſitas hominum hodiè excrevit, ut ludum ducat fidem eludere, & in ſecuritatem fidei adverſus fraudes reperta poſſe defraudare: Quin & inter artificia ſæpe refert, obligationum firmamenta diſputationibus ritè perſumpere & inſirmare poſſe, uti experienciâ doctus conqueritur Mevius *part. 2. Dec. 209. num. 2.* Enim verò ejusmodi callidâ & malitioſâ interpretatione procuratam tranſactionem, pro injurioſâ & calumnioſâ habendam eſſe, tam certum eſt, ut nihil ſit certius. Eleganter *Cic. de Offic. lib. 1. cap. 10. Exiſtunt*, ait, *etiã ſæpe injuriæ calumniâ quadam, & nimis callida & malitioſa interpretatione, ex quo illud* SUMMUM JUS, SUMMA INJURIA, *factum eſt.* Atque huic pertinet quod Jctus Paulus ait in *l. pen. ff. ad exhibend.* Non oportet *Jus Civile* (addo, *nec qualemcunq̄ ſcripturam*) calumniari, neque verba captare, ſed quâ mente quid diceretur animadvertere conveni. Nam utique veriſſimum eſt, quod apud ante laudatum eloquentiæ Romanæ Parentem *lib. 2. de Invent.* legimus: *nullam rem neque legibus, neque ſcripturâ ullâ, denique ne in ſermone quidem quotidiano, atque imperiis domeſticis rectè poſſe adminiſtrari, ſi unusquiſq̄ velit verba habuerit, ſpectare, & non ad voluntatem ejus qui verba habuerit, accedere.*

Ut lucem huic speciei addam, non possum quin  
 notabile callidæ interpretationis, quæ calumniosam  
 transactionem produxit, exemplum referam. Erat  
 pactis dotalibus, quæ Cajus cum Seja iniverat, inter  
 alia ita cautum: Solte die Jungfer Braut Seja  
 vor ihrem lieben Bräutigamb und künfftigen  
 Ehemann Cajo diese Welt gesegnen / und kei-  
 ne von ihnen beyden gebohrne Eheliche Lei-  
 bes-Erben verlassen / so soll der Herr Bräuti-  
 gamb haben und behalten / alle seine ein-  
 gebrachte / und ihm in stehender Ehe ange-  
 erbt / wie auch alle ersparete und wohlge-  
 wonnene Güter / beweg- und unbeweglichen /  
 nebst seinen Kleidern und Leibes-Zierungen /  
 und waser der Braut / und Sie wiederumb  
 ihme vor und in wehrendem Ehestande ver-  
 ehret / Item / alles alsdann vorhandenes ge-  
 machtes Gold und Silber / Kleinodien / und  
 insgemein alle fahrende Haab / Mobilia und  
 Haußgeräth / es sey an Zinnen / Messing /  
 Kupffer / Betten und Bettgewand / Linnen  
 und Wullen / oder wie es sonst einen Nah-  
 men

G

men

men haben mag / dessen ganz nichts außbeschieden / es sey vor oder in wehrender Ehe geerbet oder erzeuget / und darzu auß der Braut gereidesten und gewiffesten Güthern 5000. M. Lübsch. Die übrigen der Braut Güter aber / so Sie laut dieser auffgerichteten Ehezarter / sambt ihren Clinodien an Seiden / Linnen und Wullen / so Sie bey Eintretung dieser Ehe eingebracht / sollen ihren nechsten Erben und Freunden wiederumb außgefolget werden / und er zu keiner weiteren Theilung verbunden seyn: Cum constante deinde matrimonio Seja prius, & brevi post Cajus decessissent, utriusq; quidem heredes ad designationē bonorum & inventarii actum concurrebant, sed mariti heredes, cum se plus de defuncti facultatibus, quā in illis erat, sperasse viderent, nec eas in illo statu deprehenderent, ut exinde & quacunque ille conjugio attulerat repetere, & simul dotem cœteraque uxoris illata, restituere possent, totam hereditatem occupantes, verba pactorum, **haben und behalten** / repugnante conscientia ita interpretabantur, quasi ipsis ex integrā communi hereditatis massa illata Caji præripere jus atque fas esset, etiamsi ratione dotis & illatorum uxoris, hujus heredibus nihil residui remaneret. Sanè callidam, perversam, & à pacifcentium mente prorsus alienam hanc interpretationem fuisse, quivis facile videt, cum utique nihil aliud intenderint

rinc

rint partes, quam ut præmortuâ uxore, maritus propria sua bona, aut quantum de illis superesset, deductâ prius ac restitutâ dote, retineret, & præterea ex defunctæ conjugis bonis 5000. Lüb. caperet: nolo hoc pluribus demonstrare, cum J Cti Helmstadiensis, Francofurtenses, & Lipsiensis, desuper consulti abundè id præstiterint: ita enim Helmstadiensis responderunt: **Als Uns Decano, Seniori und andern Doctoribus der Juristen Facultät auff der Fürstl. Julius Universität zu Helmstedt vorgefekte facti species, sampt beyverwahrt zurück kommender Beylage zugesandt / und über die darauß gezogene Frage / wie die Worte haben und behalten hier zu verstehen / & quid juris sey / wann der eingebrachte Braut schaff vorenthalten wird / zumahlen da der Mann in pactis versprochen / daß Er den laut Quitung empfangenen Braut schaff restituiren wolle / hierzu auch vermöge aller Rechten de consuetudine, & secundum interpretationem omnium pactorum dotalium verbunden / bis hieher auch noch nie erhöret / daß die Worte haben und behalten / anders als de bonis propriis, non**

aurem dotis zu verstehen sind? unsere in Rechten begründete Meinung zu eröffnen gebeten worden / Demnach haben! Wir obbemelte/ solches alles bey versambleten Collegio mit Fleiß verlesen und wohl erwogen / Erkennen darauff vor recht: Alldieweil (1) nach Abssterben der Ehe-Frauen die Ehe getrennet wird/ und der Brautshaz nach allgemeinen Keyserl. Rechten auff des Weibes Erben zurücke fället /

*L. un. C. de Rei ux. act.*

und (2) in dem angefügten Ehe-Zarter die restitutio dotis ausdrücklich versprochen worden /

Solche Ehe-Zarter aber (3) ihre verbindliche Krafft haben /

*Statut. Hamburg. p. 2. t. 11. §. 11.*

und (4) ein überlebender Ehe-Mann seiner vorhin verstorbenen Ehe-Frauen Heyrath-Guth nicht behalten mag/wenn solches durch gewisse Convention oder zu Recht beständigen letzten Willen nicht beliebt worden /

*L. un. §. 7. C. de R. U. A.*

Son:



Sondern (5) in casum deficientis conventionis de lucranda dote, der überlebende Ehe-Mann pro debitore dotis, und dos pro ærealieno zu halten / Dem fölglich (6) solcher dos nicht mehr in bonis mariti ist / Nihil enim in bonis alicujus esse censetur, nisi, quod deducto ærealieno superest

*L. 72. in f. pr. ff. de iur. dot.*

*L. 39. §. 1. de U. S.*

Aber (7) im dem beygefügten Ehe-Zarter nichts mehr verhandelt worden / als daß der Mann / auff dem Fall / da die Frau vor Ihn versterben würde / Er seine eigene Güther haben und behalten solte / welches pactum (8) nicht dahin zu deuten / daß im Fall des Mannes Güther sive casu sive culpâ ipsius würden verringert werden / solches an der Frauen Heyrath = Guthe solte abgerechnet werden.

Immassen (9) maritus debitor generis worden / im dem dos in pecunia numerata inferiret ist / laut Ehe-Zarter / Ein debitor

§ 3

gene-

generis aber (10) per casualem rei interitum  
nicht liberiret wird /

L. 23. ff. de V. O.

L. 11. C. si cert. per.

/ Und (11) der Schaden / welcher auß des Mannes  
Nachlässigkeit entstanden ist / der Frauen  
oder deren Erben nicht können zum Nach-  
theil gereichen /

So halten Wir dafür / daß die pacta do-  
talia keinen wiedern Verstand haben / als daß  
der lebt lebende Ehe-Mann nach Absterben  
seiner Frauen / seine eigene Güther / so viel  
davon nach Abzug des inferirten Brautscha-  
zes und Frauen Güther übrig seyn würde /  
haben und behalten / und solchen Ueber-  
Rest auff seine Erben transferren könne / der  
Braut-Schatz aber sambt denen andern in  
pactis dotalibus benahmten Güthern der  
Frauen Erben restituiret werden müssen / und  
des Mannes Erben deshalben auff den Ver-  
weigerungs-Fall actione ex stipulatu oder  
condictione ex pacto wohl mögen belanget  
werden / von Rechts wegen.

Uhr-

Urkundlich Wir dieses mit unsern Facultät Insiegel betrücken lassen / So geschehen Helmstedt / den 24. Aprilis, Anno 1690.

(L.S.) Decanus, Senior und andere Doctores der Juristen Facultät daselbst.

Francofurtenses J Cti hoc modo: Auff den Uns zugefertigten / hiebey unter unsern der Juristen Facultät Insiegel hiewieder befindlichen Casum, darüber unsere in Rechten gegründete Belehrung gebeten worden / Erachten Wir Decanus, Ordinarius, Senior und andere Doctores der Juristen Facultät / auff der Chur- Fürstl. Brandenburgischen Universität Franckfurth an der Oder / nach gnugsamer Erwegung der Sachen vor Recht. Haben zwene Eheleute gewisse pacta dotalia auffgerichtet / und darinnen in Casum mortis sich folgender gestalt verglichen / daß / Wann die Frau vor den Mann ohne Leibes Erben versterben solte / so solle der Mann haben und behalten alle seine eingebrachte und ihm zusehen:

stehende Güther beweg- und unbewegliche /  
 und auß der Frauen Gütern annoch 5000.  
 Marck / die übrigen Braut-Güter aber / so sie  
 zum Braut-Schatz eingebracht / oder ihr bey  
 wählender Ehe angestorben / ihren nechsten  
 Erben wieder außgefolget werden sollen / da  
 nun zu erst die Frau / und 9. Wochen hernach  
 der Mann todes verbliehen / und sich besun-  
 den / daß die Verlassenschaft so groß nicht /  
 daß nach restitution dessen / was der Frauen  
 Erben gebühret / des Mannes Erben Güter  
 salviret werden können / so wird gefragt /

Ob nicht des Mannes Erben befugt ex  
 integra massa hereditaria desselben Erbgüter  
 vorher außzunehmen / und die übrige der  
 Frauen Erben zu lassen?

Nun scheint zwar anfänglich solches  
 denen Rechten gemäß zu seyn / weil nicht al-  
 lein de jure einem jeden Marito freysiehet / sei-  
 ner Frauen Verlassenschaft zu repudiiren /  
 und seine eigene Güter zu repetiren /

*Mov. ad Jus Lubec. P. 2. tit. 2. artic. 12.*

*n. 455.*

Cont

Sondern auch die *pacta dotalia* solches mit sich bringen / in dem daselbst in *casum præmortuæ uxoris* diese Ordnung beliebet / daß zu erst der Bräutigam haben und behalten soll alle seine eingebracht und erworbene Güter / nebst 5000. Marck von der Frauen dote, das übrige aber soll der Frauen Erben hinwieder aufgesolget werden; *Residuum vero illud tantum dicitur quod detractis reliquis bonis superest,*

*L. ult. ff. in quib. caus. pign.*

*L. 1. ff. qui potior. in pign.*

Weil aber dennoch 1) bekanten Rechtens quod soluto matrimonio uxori ejusve heredibus competat actio ex stipulatu ad repetendam dotem.

*S. 29. f. de Act. L. Un. C. de rei uxor. Act.*

2) Und also der Maritus ein debitor quantitatis ist / aded ut ejus periculo sit dos, ita ut qualitercunque consumta sit, maritus ad ejus restitutionem obligetur.

*L. in rebus dotalibus 30. C. de Jur. dot.*

D

3) solz

3) solcher gestalt aber/ da die Frau zu erst verstorben/ Sie das Jus repetendi dotem & illata contra maritum ad heredes devolviret hat/ utpote ad quos omnes actiones ex contractu transeunt,

*L. Veteres 13. C. de contrah. stipulat.*

4) und dahero die bona mariti postea defuncti anderer gestalt nicht æstimiret werden können/ quam deducto ære alieno.

*L. 39. §. 1. ff. de Verb. sign.*

5) hiewieder auch nicht hindert/ quod marito competat beneficium repudiandi hereditatem Uxoris, massen er in solchen Fall alle seiner Frauen Güter heraus zu geben verbunden ist/

*Carpz. P. 2. Const. 20. Def. 9.*

und kan auch abermahl in solchen Fall Maritus ein mehres vor sein Eigen nicht achten/ als was nach Abzug seiner Frauen Eingebachtes übrig bleibt.

So sind Wir der Meinung / daß des Mannes Erben alles übrige der Frauen Eingebachtes

gebrachtes nach abzug der jenigen 5000.  
Marck/ welche dem Marito in pactis dotali-  
bus vermacht / zu forderst herauß zugeben  
schuldig seyn/ ungeachtet des Mariti Güther  
dadurch verringert werden solten. Von  
Rechts Wegen.

(L. S.) Decanus Ordinarius, Senior  
und andere Doctores der Juristen  
Facultät auff der Chur- Fürstl.  
Brandenb. Universität Frank-  
furth an der Oder.

Den 26. April. 1690.

Tandem & Lipsiensis ita : Unser freundliche  
Dienste zu vorn Erbare gute Freunde / Als Ihr Uns  
Abschrift einer Ehestiftung / benebenst einer Frage  
zugeschickt / und unsere Rechts- Belehrung darüber zu  
berichten gebethen / Demnach erachten Wir / nach flei-  
ßiger Verlesung und Erwegung derselben / darauff in  
Rechten gegründet und zu erkennen seyn / Haben  
Cajus und Seja, als Sie einander geheyrathet einer ge-  
wissen Ehe- Veredung sich verglichen / und unter an-  
dern:

Daß im Fall Seja vor Cajum ohne Leibes- Er-  
ben versterben solte / der überlebende Ehe- Mann alle  
seine eingebrachte und wohl gewommene Güther / be-  
weglich und unbeweglich / sambt seinen Kleidern und  
Leibes Zierungen / und was Er der Braut / und Sie  
Ihm

Ihm hinwiederumb vor und in wehrender Ehe ver-  
 ehret / Item: alles / alsdenn vorhandenes gemachtes  
 Gold und Silber / Kleynodien / und ingemein alle fah-  
 rende Haabe / Mobilia und Haußrath / es seyen Zien/  
 Messing / Kupffer / Betten / und Bettgewandt / Lin-  
 nen / und Wullen / oder wie es sonst einen Nahmen ha-  
 ben mag / ganz nichts außbescheiden / es sey vor oder in  
 wehrender Ehe geerbet / oder erzeuget / und darzu auß  
 der Brautß bereithesten und gewiffesten Güthern  
 5000. Mark haben soll / beliebt. Nachdem nun  
 sich begeben / daß beyderseits Eheleuthe / und zwar die  
 Seja noch vor ihrem Ehe-Manne ohne Kinder verstor-  
 ben / und darauß des Mannes Erben cum beneficio  
 Inventarij der ganzan Verlassenschaft sich angemast  
 und indie Possess gesetzt / hergegen Ihr / als des Wei-  
 bes Erben / dawider protestiret / und die restitution des  
 Brautßschazes / ingleichen des jenigen / so ermelter  
 Frauen Zeit stehender Ehe angestorben / und auff die  
 65606. Mark sich erstrecken soll / begehret / wollen sich  
 jene h'ierzu keines weges verstellen?

Obnun wohl erwehnte des Mannes Erben in  
 den Gedancken stehen / daß Sie zu dieser Verweige-  
 rung guten Fuge hätten / sich auch disfalls / auff oban-  
 geführte Ehestiftung beruffen / und dafür halten / daß  
 Krafft derselben / Sie allerdings berechtiget wären /  
 sich zu keiner restitutione dotis & Illatorum zu verste-  
 hen / ehe und bevor sie Caji Ein und Zubringen  
 sambt denen verschriebenen 5000. Mark auß der Ver-  
 lassenschaft genommen / in mehrer Erwegung / daß  
 Ihm



Ihm gleichwohl dieses alles zuforderst beschieden/ und/ weil solches zeit wehrender Ehe mercklich gemindert/ vor allen Dingen wieder ersetzt / und in vorigen Stand gebracht werden müsse / dergestalt aber wenig oder nichts verbleiben würde / so zu restituiren wehre /

Demnach aber und dieweil in angezogener Ehe- stiftung zugleich auch dieses:

Daz das Ubrige an der Braut Güthern / so Sie zum Braut-Schatz eingebracht / oder Ihr zeit wehrender Ehe angestorben / sambt ihren Kleidern / so Sie bey Antretung dieser Ehe eingebracht / Ihren nächsten Erben und Freunden wieder abgefolget werden solle / enthalten / hergegen nirgends zu befinden / daz der an des Mannes Vermögen im Ehestand erfolgte Abgang der von Ihm eingebrachten Güthern von des Weibes Güthern nach dem Tode wieder ersetzt / und des Mannes Erben gut gethan werden solle / dieses auch auß den Worten des Ehezatters worauff sie sich beruffen / daz nehmlich der Ehe-Mann zuforderst seine eingebrachte und gewonnene Güther haben und behalten solle / keines weges zu schliessen / massen dieselbe von keinen andern / als von den jenigen / so alsdamm in natura noch vorhanden seyn würden / verstanden werden mag /

So seyd auch Ihr / als des Weibes Erben / den streitigen Braut-Schatz und was der Seia sonst angestorben / inhalt der Ehestiftung von des Mannes Erben / ihres Vorwendens ungeacht / abzufordern wohl

wohl befugt / von Rechtswegen / Urfundlich mit  
Unfern Inſiegel verſiegelt

M. April.  
A. 1690.

Ordinarius Senior und andere Docto-  
res der Juristen Facultät in der  
Univerſität Leipzig.

Quàm absurda verò & inconveniens, quam Caji heredes faciebant, interpretatio fuerit, tantum tamen illa effecit, ut Seja heredes ad transactionem inducti, heredes verò Caji grande per hanc lucrum adepti fuerint; sed calumniosam quoque transactionem esse facile judicabunt alii.

§. XIII.

Cum dolo, de quo haectenus, saepe *Mevus* con-  
currit, & Transactionem æquè calumniosam efficit,  
dum qui justissimam causam vovet, saltem majoris  
mali evitandi gratiâ, in transactionem consentit, quâ  
in re talis quondam casus contigit: Cum Titium Se-  
jus in testamento heredem instituisset, Mevio autem  
legata reliquisset, de horum validitate lis suborieba-  
tur, quæ per transactionem hoc modo fuit sopita, ut  
legata quæ præſente die erant relicta, Mevio distinctis  
terminis exsolventur. Cum extremo termino  
quod restabat erat præstandum, Titius ex probabili  
causâ tantam contra Mevium prætensionem effinge-  
bat, ut, residuo legati per compensationem extincto,  
Mevius grandis adhuc summæ debitor remaneret:  
Hic calumniam hanc bene animadvertens, conscien-  
tiâ suâ, nihil se debere, fretus, negabat quidem & per-  
negebat creditum quod prætendebat Titius, sed cum  
ab

abaliis, quos verè habebat, creditoribus ad solvendum urgeretur, & periculum esset ne carceri debitoribus sacro manciparetur, tandem, saltem ut acerbas, quas creditoribus in debitores statutum loci permittit, molestias & injuriam carceris evitaret, ita cum Titio nolens quasi volens transegit, ut dimidiâ residui legatâ remissâ, alteram saltem dimidiam acciperet. Enimverò cum facultatibus lapsus & ad incitas planè redactus unice metu carceris transegerit, & dolus Titii haut obscure eluceat, à calumniâ hæc transactio absolvi non potest.

§. XIV.

An III. *Error* quoque calumniosam transactionem parit? parit omninò, sed distinctione opus est: aut enim in tantum, aut in totum erratum est: Priori casu, si circa materiam, subsistit quidem transactio, sed omninò calumniosa redditur: *arg. l. si quod aurum, 22. ff. de V. O.* Si circa formam vel substantiam, transactio non tam calumniosa, quam ipso jure potius nulla est, idemque multo magis obtinet, si circa personam vel in totum hoc est circa formam & materiam erratum fuerit. *arg. l. 15. ff. de jurisd, l. continuus. 137. §. 1. ff. de V. O. vid. Barbol. axiom. l. 5. cap. 15. §. 9. Pacius cent. 1. quest. 59. Wesenb. in parat. de transact. n. 8.* Sic cum Sempronia ex primo & secundo conjugio habens liberos, nimio in prioris matrimonii liberos amore præoccupata, non saltem secundum maritum, satis locupletem eò permovisset, ut in privignos liberalitatis exempla benè multa exerceret, sed & illo defuncto, liberos quos ex ipso habebat superstites, dissimulatis hujus divitiis,

vitii, novercæ instar eò per dolosas lamentationes induxisset, ut per transactionem fratres sororesque uterinos, parvo saltem præcipuo contenti, ad successionem patris sui unà admitterint, dubitatum non fuit, transactionem hujusmodi inter calumniosas referri posse, cum liberi posterioris matrimonii ex errore paternarum facultatum, quas illi exiguas arbitrabantur, ac mater callidè dissimulaverat, libris rationum non prius inspectis, fraude matris inducti in transactionem consenserint, nunquam consensuri, si Paternæ hereditatis statum intellexissent.

XV.

Objectum calumniosæ transactionis aliud Commune, aliud proprium est; *Commune*, quod in aliâ quoque quæ bonâ fide fit, est res dubia atque incerta *l. 1. ff. de transact.* de qua vel nunc lis est, vel moveri potest, aut saltem metuitur: *l. cum te. 2. C. de transact.* hoc enim juxta Gotofred. *in not. ad l. 65. §. 1. ff. de condict. indeb. lit. S.* aliosque est, quod J. C. tus in *d. l. 65. §. 1. de condict. indeb.* ait: *quod transactionis nomine datur, licet res nulla, id est, lis nulla mota fuerit, non repetitur*: quanquam etiam verbo *rei* debitum intelligi queat, quasi Paulus dixisset, licet debitum nullum fuerit, dummodò lis fuerit: eoq; pertinet quod mox sequitur, *nam filis fuit & c. cui, præsertim ex d. l. 2. C. de transact.* addendum, *aut timor futuræ litis*. Neque enim ad transactionem quæ bona fide fit, litem motâ esse opus est, satis est, si esse poterit, & reus ob id aliquid dederit, vel caverit, quia lis metuebatur: Prout nec justitia nec injustitia causæ principalis

lis ad validitatem Transactionis attenditur, sed Transactionem metu litis, ut ut de facto saltem, non de jure futuræ, bona fide factam esse sufficit. vid. l. 1. §. 3. ibi : *neque enim transactionibus est interdictum, sed sordidis concussionibus.* ff. de Caluminat. Cacheran. Decis. 91 n. 23. & 24. Brunnem. Bartol. & DD. communiter add. l. 2. C. de Transact. Imò amplius, licet neque moveatur lis, neque metuatur, si tamen alia ratione res dubia & incerta sit, transigi super illa citra calumniam potest : Hinc spem fideicommissi sub conditione relictæ, propter incertum ejus eventum, modico præsentè accepto, Transactione remitti posse, Imperatores rescribunt, in l. 1. C. de pact. l. fideicommissio 11. C. de Transact. Hinc Transactionem ab eo, cui salarium annuum vel usufructus relictus est, ob incertum vitæ tempus, quod rem aut quantitatem incertam facit, cum herede factam, validam pronunciat Ulpianus in l. 8. §. si in annos singulos. ff. de transact. conf. Hahn. ad VVes. tit. de Transact. Num. 5. ad verb. res dubie. Vinn. de transact. cap. 4 §. 1. Equidem ad dissensum vergit Zæsius ad tit. ff. de Transact. n. 15. res, ex aliâ causâ, quam propter litem dubias, non transactionis, sed pacti materiam esse statuens, verùm somnium ipsi obrepisse non abs re ait Vinnius c. l.

§. XVI.

*Proprium verò objectum*, quodque vel maximè Transactionem Calumniosâ efficit, est *lis ficta* quæ nec in rei veritate est, nec ullo modo timeri potest : item *res per se certa*, de qua nullum dubium vel periculum

E

est,

est, ut ut transactionis tempore dubia alterutri visa fuerit: Quare, si quis sciens nihil sibi deberi, aliquid terrore litis, ut ab eâ desisteret, quæ tamen certè, nec de jure, nec de facto movenda erat, per modum Transactionis extorserit, per *calumniam & vexationem* transgisse dicitur, atque talem transactionem, inspecto exitu, nullam esse, & repetitionem dari Paulus in *d. l. 65. §. 1. de conduct. in deb. ait. add. l. 1. §. 3. ff. de Calumniat.* Enimverò transactio bonâ fide fieri debet, ubi dubitandi ratio, vel ob eventum litis, vel aliam incertitudinem probabilis est, quæ secus facta est, ut ut decreto judicis confirmata fuerit, pro *Calumniosa* habetur, & nihil autoritatis continet, cum judicis Decretum materiam idoneam supponat. Berlich. *p. 2. dec. 263. n. 54.* Zoes ad *ff. tit. de transact. n. 17.* Unde etiam Transactio post sententiam facta, pro *Calumniosa* habetur, quia per sententiam res dubia esse desinit: *l. eleganter. 23. §. 1. ff. de cond. in deb. l. si causa. 32. C. de transact. junct. l. 1. ff. de re judic.* utique si in rem judicatam transit: nam si per Appellationem, Revisionem, vel aliud remedium vis sententiæ fuerit suspensa, etiam bonâ fide & citra calumniam transigi potest: *l. 7. princ. & l. 11. ff. de Transact. Struv. ad ff. tit. de transact. th. 56.* Rittershus. *in exposit. Novell. part. 10. c. 3. n. 8.* Sed & si quis sciens post sententiam & rem judicatam transigat, fortè ob difficultatem impetrandæ executionis, prætextu *Calumnie* à transactione resilire nequit, nec ullam conquerendi causam habet, volenti enim & scienti non fieri calumniam, vel in vulgus notum est.

*l. nemo*

*l. nemo. 145. ff. de R. 1. l. cum donat. 34. C. de Trans. add. Brunn. ad l. 65. ff. de condiēt. indeb. n. 12.* modò sciens liberè post rem iudicatâ transegerit, nam si necessitate compulsus aut arte persuasus fuerit, vel dolus executioni rei iudicatæ moram fecerit, *Transactio* ex alio capite *Calumniosa* redditur. vid. Barboſa *lib. 4. cap. 44. axiom. 22.* Equidem super re certa in *l. si de certâ re, 31. C. de transact.* *Transactio* probari videtur, sed inspicienti apparet faciliè, per rem certam, non quæ dubia non sit, sed rem aliquam unam *μίαν ἀτίαν*, non *πρᾶγμα δῆλον* intelligi, dum transactionem non nisi ad eam rem, de qua actum fuerat, pertinere, Imperatores rescribunt, quod & Ulpianus in *l. qui cum. 9. princ. ff. de transact.* docet, & plenius hæc de re agit Hahnus *ad VVes. d. tit. Num. 3.* Illud enim est certo certius, Transactionem super re, quam unus ex omni parte certam & liquidam esse novit, alter ignorat, atque aded super lite e mentita, & ficta, pro *Calumniosa* haberi, pro ut hinc Carpzovius *lib. 5. Respons. 66.* Super paterna hæreditate pupilli, non posse tutorem transigere docet, quia & hæredem eum esse, & pro qua parte sit, in iure certum est; quod omninò in casu, quo nulla probabilis lis de quantitate, vel testamento, vel aliis incidentibus quaestionibus locum invenit, admittendum est. Tametsi autem hodie, ubi ferè confusa sunt pactionum & transactionum nomina, non minus Transactionem quam pactionem de re certâ atque indubitatâ interpositam, nunc ratam esse, putent Groene Wegen *de legibus abrog. ad. l. 7. § 1. ff. de transact.* Autumnus *confer. du droict. ibid.* aliique:

& Wefenbecius *cons. 70, num. 12.* statuat, super re iudicatâ, non Transactione quidem, sed tamen amicabilem compositionem valere, cautè tamen hæc sententia accipienda, & non abs re. Brunnemanno *ad l. 7. ff. de Transact. n. 1.* periculosa visa est, nam ne eludantur leges, maxime cavendum est.

## §. XVII.

Cæterum etiam si res super quâ transactum, satis incerta, dubia atque litigiosa fuerit, si tamen sive dolus, sive metus, sive error, juxta ea quæ supra dicta sunt, intercesserit, aut aliàs iniquitatem transactio contineat, calumniosa hæc omninò redditur: idemque est, si solennitas juris in transactione neglecta, v. c. si de controversiis, quæ ex testamento (quo nomine codicillos, & quamlibet ultimam voluntatem cum Cæs. Grassis de *Transact. dec. Rot. Rom. 2. & Lauterb. ad tit. ff. de Transact. th. 19.* complector) seu scripto, seu nuncupativo, juxta Bachov. *ad Treutl. Vol. 1. disp. 7. th. 4. lit. G.* Struv. *ad tit. ff. de Transact. th. 57.* oriuntur, tenore voluntatis, vel ex verborum inspectione, vel restium depositione, aut aliunde nondum cognito, contra l. 3. §. 1. l. 6. ff. de *Transact. l. 1. §. 1. ff. quemadm. testam. aper. l. 13. §. 3. ff. ad Sct. Trebel. l. ult. C. de reb. cred.* vid. Brunne n. *ad l. 6. ff. de Transact.* Carpzov. *lib. 6. Resp. 17.* vel de annuis legatis quæ piis locis & licitis Collegiis sunt relicta, non constituto perpetuo, & sufficiente reditu, qui & fiscalibus debitis oneratus non sit, & ad



ad minimum quartam partem puri redditus superet, & qui nunquam alienari potuit, nec scripturâ actibus intervenientibus, contra *l. 46. §. ult. C. de Episc. & Cler.* Vel si de alimentis futuris ultimâ voluntate relicti, citra Prætoris auctoritatem, contra *l. 8. princ. & seqq. ff. de Transact.* transactum fuerit: Cum enim Transactio ejusmodi ob formam legis omisfam vitiosa & nullius momenti sit, *l. cum hi. 8. §. si Prætor. ff. de transact. l. traditionibus 20. C. de pactis. l. 5. C. de Legib. cap. cum dilecta. 22. X. de rescript. cap. quia propier. 42. X. de elect. cap. 1. X. de rebus Eccles. non alien. cap. quæ contra. 64. de R. l. in 6* cur non etiam Calumniosa dicatur? maxime cum ad evitandam calumniam, v. g. ne heredes dolo & fraude tabulas occultent, ac inde lucrum capent &c. solennitates illæ juris requirantur, vid. Lauterb. *ad iii. ff. de Transact. thes. 19. Zoes adeund. iii. ff. num. 20. Brunnem. ad d. l. 6. ff. d. t. num. n. 1. & alias in eo, qui quod fecit facere non debuit, aut formam lege præscriptam scienter neglexit, dolum atque calumniam Leges præsumant. l. tutor qui reparatorium. 7. ff. de administr. tutor. l. si procuratorem 8. §. dolo. 9. ff. mandati. l. dolo. 41. ff. ad L. Falcid. Menoch. de præsumt. lib. 3. præsumt. Num. 10 Farinac. in praxi crimin. p. 3. quæst. 89. i. 92. & part. 4. consil. 60. num. 18. Mascard. de probat. concl. 495. num. 4 & concl. 531. num. 50. & 102. Cravett. *corrs. 193. num. 2.**

## §. XVIII.

Formam Transactionis calumniosæ, quod attinet, hæbet equidem hæc Transactio cum aliâ hoc com-  
mune,

mune, ut ab unâ parte aliquod remittatur, ab altera  
 verò aliquid detur, relinquatur aut promittatur. *l. 1. ff. de Transact. l. 33. & 38. C. eod. tit.* sed differentia specifica, quâ ab eâ, quæ bonâ fide fit, distinguitur, in *dolosa vel iniquâ*, uti ex definitione apparet conventione refidet; Unde quemadmodum in Transactione non calumni-  
 osâ, bonâ fide & cum dexteritate, præterea animo pacis ac concordie studio, res geritur, & uterque quidem ex mutuâ & tacita ad invicem indulgentiâ seu consensu, juxta *Osland, ad H. Grot lib. 2. de j. B. & P. caput 12. §. 26.* ad commodum suum, citra tamen defraudationem, injuriamque alterius, respicit, *Ist die Natur und Art der Transactionen, daß die Mittel = Gräs getroffen / dato & retento aliquo verfahren / und keinem Theil der Vortheil allein gegönnet und zugewiesen werde* Wesenb. in *parat. ff. de Transact. num. 6.* Ita quæ calumniâ laborat Transactione, dolum seu verum seu præsumptum, & iniquitatem ex parte unius, ac læsionem ex parte alterius continet, ut ferè aliunde melius, quod bonâ fide careat Transactione, præsumi non possit, quàm si notabilis inæqualitas ac læsio se prodatur, *arg. l. omnes 17. §. Lucius, 1. ff. qua in fraud. credit. l. si superstiti. 5. C. de dol.* prout in terminis docent *Phil. Corneus consil. 124. num. 5. vol. 3. Carol. Ruinus conf. 98. num. 24. vol. 1. & consil. 140. num. 10. versic. nec etiam vol. 4. Joh. Cephal. consil. 208. num. 9. & consil. 210. num. 38. add. Vultei. vol. 2. consil. Marp. conf. 29. num. 140. Honthem, 2. de art. Notar. cap. 29. num. 87.*

§. XIX. Aliàs

## §. XIX.

Aliàs sanè, uti non dolus, ita nec calumnià præsumitur, proindeque bonâ fide magis quàm per calumniàm Transactionem factam esse præsumendum est. *l. meritò. 51. ff. pro soc. l. dolum. 6. C. de dol. mal. l. quoties. 23. §. 1. ff. de probat. l. dolus: 10. in fin. C. de rescind. vend.* Maximè verò hoc procedit, (1) si Transactio adhibitis utrinque consanguineis, amicis, jurisconsultis, atque adeò egregiæ autoritatis, gravitatis, & integritatis, ac fidei, tum rerum & negotiorum experientissimis viris, interposita fuerit: hanc enim circumstantiam tanti meritò cum aliis facit Cothmanus *volum. 2. Respons. 53. num. 108. & seqq.* ut nisi ex ipso negotio gesto, & aliis circumstantiis manifestè appareat, vel consanguineos, vel alios qui intervenerunt, ipsos dolum admisisse, vel calumniàm lædentis occultasse, ad eumque connivisse, transactio pro bonâ fide facta, & irrettractabili habenda sit. Idem est, (2) si ipsi transigentes viri Nobiles, optimæ famæ ac spectatæ probatæque fidei fuerint, hos enim non temerè suspitione calumniæ onerandos esse, ratio suadet: *Wesensb. part. 1. consil. 98. in princ. Cothman. dict. Resp. 53. n. 428.* Vel (3) si Transactio longo temporis intervallo repetita, aut, (4) prout subinde fieri solet, novâ transactioe firmata, & constabilita fuerit: Nam in quod ex intervallo rursus consentitur, & quod iterum confirmatur, hoc deliberatè, & re penitus beneque discussâ, atque adeò bonâ quoque fide factum præsumitur: *Paris. consil. 10. num. 5. & 7. & consil. 131. vol. 1.*

siquidem

si quidem geminatio, uti ad contractus validitatem multum operatur, per *Auth. sive à me. & l. si mulier. 22. Cod. ad Sct. vellej. Bart. in l. cum scimus. n. 6. & 7. Cod. de agricol. & censur.* ad eò ut vim jurati consensus quandoq; inducat, juxta Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 4. conclus. 28. n. 50. & Beroum. consil. 22. n. 7. l. 2.* ita omnem doli, erroris, simulationis, atque calumniæ suspicionem tollit: uti pluribus docent *Wesemb. part. 4. consil. 194. num. 15. & 16. Cravett. consil. 261. num. 12. Cardin. Tusch. dict. conclus. 28. n. 75. Decian. consil. 46. num. 38. lib. 2. & in specie ad Transactionem applicat Cothman. d. Resp. 53. n. 113. & 370. seq.* Prout etiam (5) iudicis autoritas doli calumniæque præsumtionem in Transactione regulariter excludit, per *cap. in præsentia. X. de renunciat. & c. sicut nobis. §. X. de sent. & reindic. l. 1. C. de præd. & al. reb. minor l. pacta novissima de Cod. pact. cap. bona memoria. §. porro. X. de elect. vid. Gail. lib. 2. observ. 1. num. 9. & 10. in primis Jason ad d. l. pacta novissima. num. 5. seqq.* ubi etiam si iudex perversus fuerit, tamen ejus præsentiam doli, calumniæque præsumtionem excludere ait, quod tamen hæctenus, nisi fortiores in contrarium præsumptiones atq; conjecturæ adsint, admittendum arbitror, per ea quæ in simili tradunt *Herman. Goehausen part. 3. peric. Acad. 4. quest. 23. circa fin. Arius Pinell. ad l. 2. Cod. de rescind. vend. part. 2. cap. 2. num. 21. seqq. Bachov. ad T. 2. vol. 2. disp. 2. t. b. 10. lit. a. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 7. num. 4.*

## §. XX.

E contrario si (1) clam, amicis atq; arbitris remotis  
transactio

transactio fuerit facta, non levis calumniae praesumptio  
 oritur: arg. l. non existimo. 54. ff. de admin. tutor. l. fin. ff. de  
 rit. nupt. l. uxor 7. Cod. de repud. cap. 1. X. de clandest. despons.  
 item (2) si alter transigentium instrumenta, rationes, & a-  
 lia ad Transactionem necessaria occultaverit, vel (3)  
 statum rei, de qua lis est, v. gr. hereditatis, ante non bene  
 detexerit, prout transactionem, qua mater mariti sui fa-  
 cultates, in gratiam liberorum prioris matrimonii dissimu-  
 laverat, calumnia laborare supra §. 14. demonstravi-  
 mus. l. tres fratres. ff. de pact. l. si quis affirmaverit. 9. §. 1. C.  
 2. ff. de dol. mal. l. 3. C. l. sub praetextu. 19. C. de transact.  
 Barschamp. in Radic. clausul. cap. 10. num. 18. indeq; Me-  
 vius part. 4. Decis 31. vitrico cuidam, qui ante transacti-  
 onem, bonorum statum bona fide non manifestaverat,  
 cum argumentum ejus aliquale, ex reperta una & alte-  
 ra re in designatione non relata, adesset, etsi ille igno-  
 rantiam allegaret, seu postea demum reperta illa qua  
 omissa erant, diceret, juramentum purgationis imposu-  
 it. Illud namque certum est, tamen dolus atq; calum-  
 nia, uti in aliis negotiis, ita quoque transactione, certis  
 & perspicuis argumentis probari debeat, per l. dolum  
 6. Cod. de Dol. mal. Coll. Jur. Argent. tit. de Transact.  
 §. 53. si tamen sic probata non fuerit, haut statim re-  
 um absolvendum esse, si per indicia non levia  
 doli suspectus sit, sed juramento purgationis ista  
 diluenda esse, quia generaliter verum est, suspicio-  
 ne gravatum, juramento se purgare teneri, l. fin. §. 5.  
 Cod. de jur. dom. impetr. l. 6. §. 4. C. de his qui ad Eccles. con-  
 fug. ant. jure novo. Cod. de pena judic. qui male iud. cap. 1.  
 F X. de

X. de purg. can. c. fin. X. de iurejur. non obstante, quod dici solet, reum, a store non probante, absolvendum esse, si quidem hoc purgationem juratoriam non excludit, vid. Boer. Decis. 86. n. 5, Mev. d. Decis. num. 8. Sanè (4) si unus transigentium mala notæ suspectæq; fidei sit, facilis quoque doli vel calumniæ suspicio nascitur, aded ut eo casu etiam leves præsumptiones & conjecturas ad probandam calumniam sufficere arbitretur Barschamb. in Rad. clausular. dict. cap. 10. n. 14. & 20. cum alleg. DD. Quid si nocturno tempore transactionem factam esse constet? e quidem tunc quoque siue dolum siue errorem præsumi cum Baldo in l. de quibus. ff. de leg. 1. & in cap. porro. quæ fuit prim. caus. Benef. amitt. & Glossa in l. sicut exceptione. §. in actionem. ff. quod. met. caus. docet Barschamb. c. l. num. 18. quia noctis tempus suspectum dicitur, juxta illud, qui male agit odit lucem: can. perniciosam. 25. caus. 18. quest. 2. & tenebræ sunt aptæ ad fabricandum falsum, l. 5. §. si mulier. ff. de ventr. inspic. sed nisi graviore suspiciones concurrant, ego hanc circumstantiam temporis, ad inducendâ suspensionem doli parû operari arbitror, quia, uti Imperatores in l. non minorem. 20. C. de transact. eleganter rescribunt, nullum tempus bonam fidem atq; consensum in transactione repudiat. add. cap. consuluit 24. X. de offic. & pot. jud. deleg. & ibi Glossa ad verb. Tenebras. lit. h. Jason. in l. more ff. de fer. n. 12. & in d. l. non minorem 20. C. de transact. num. 3. maximè si periculum in morâ, & transactio ad executionem, quæ forte altero die imminabat, impediendam, interposita

posita fuerit, nam ubi periculum est in mora, neq; loci neque temporis haberi ratio solet. vid. Carpzov. *jurispr. for. p. I. Const. 29 def. 16. num. 5.* Moller. *lib. 3. se-mestr. cap. 44. num. 4. seq.*

§. XXI.

Ad *Effectus Calumniosæ transactionis* venio, quos tum in personâ decipientis, tum decepti summam considerare operæ pretium est. *Decipientem* seu calumniatorem quod attinet, potissimus ejusmodi transactionis effectus, (1) *reatus in conscientiâ coram Deo est*; cum enim transigens alteri suum subtrahat, & lucrû contra prohibitionem juris naturæ in *l. 14. ff. de condiç. indeb. l. 206. ff. de Reg. jur.* cum alterius injuriâ & detrimento faciat, omninò moraliter peccasse dicendus est. *Non circumveniat* ait ipse DEus Opt. Max. *Levit. cap. 25. vers. 17. quisque proximum suum, sed timebis DEum tuum, quia ego Dominus DEus vester.* Imò talem transigentem, quia rem alienam clam & dissimulatâ fraude contrectat, parum à fure (quanquam Agesilaus teste Menochio *de Arbitr. jud. quæst. l. 2. cas. 322. n. 12.* calumniantes adhuc majori odio quàm fures infectatus fuerit) distare arbitror, & nisi restituerit quod calumniosâ Transactione captavit, à peccato absolvi vix potest, quia peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum: *cap. peccatum. 4. de Reg. jur. in 6. Brunnem, ad l. 2. C. de Transact. Klock. 13. consil. 182. num. 680.* Sed & (2) *pœna*, calumniosum tran-

transigentem, obnoxium esse sentio: quanquam enim contra ejusmodi calumniatores, quique in transactionibus alios defraudant, ut puniantur, raro agi solear, sed deceptus, si quod interest consequatur, vel indemnis seruetur, plerumque contentus sit: Imò perveritas hominum eo usque excreverit, ut inter artificia referat, fucum alteri facere, pacto defraudare alterum, & obligationum firmamenta disputationibus ritè perrumpere & infirmare, ut si non liberatio, saltem transactio sequatur: tamen *quantopere conscientia*, sunt verba *Mevii part. 2. dec. 209. num. 2. Reipubl. commerciorum & societatis humana*, imò & *singulorum salutis*, ut *hæc omnia per bonam fidem unice salva sint, interest alia non fieri, tam refert istas technas, fraudes, artes, quæ quam fidem infidam, tam inde omnia divina & humana infida faciunt, non esse impunitas. Utique enim Reip. interest delicta non esse impunita, l. si longius. §. 1. ff. de judic. l. Stichum. ff. de solut. & cum calumnia, in agendo ex excipiendo deprehensa, ceu perfidiæ & impietatis species multatâ, carcere, vel alio modo punienda sit, juxta *Mev. cit. loc.* cur calumnia in transigendo commissa impunita foret? Optimè *Brunne- mannus ad l. ult. ff. de Calumniat. ait, etsi per mille annos nemo de calumnia esset punitus, impunibile tamen hoc delictum propterea non redditur.* Interim hæc in eo, qui sciens alterum in transactione & per calumniam defraudavit, vera sunt, cæterum si citra propositum lædendi, absq; omni mendacio & fucio, lucrur licui ex transactione re ipsâ obvenerit, frustra de, eccato & pœnâ quaeritur,*



ritur, cum in transactione quoque *naturaliter*, hoc est, per mutuam & tacitam transigentium ad invicem indulgentiam & consensum, lucrum honestè intendi, salvæque conscientia, modò non omnimodainæqualitas & enormissima læsio exurgat, retineri possit. Faciunt huc quæ eleganter tradunt, Barschamp. *d. tract. cap. 10. qu. an læsio in foro conscientia defendi queat.* §. 3. Dinner. *de justo rerum pretio definiendo quest. 1.* Ames. *de cas. conscient. l. 5. cap. 2. num. 3.* H. Grot. *de l. B. & P. lib. 2. cap. 12.* §. 26. Carol. Molin. *in tr. de Comerc. num. 172.* Fr. Dav. Argent. *ad l. 2. C. de rescind. vendit.*

### §. XXII.

Præterea (3) ad servandam Transactionem obligatur calumniosè transigens, si, ut servetur transactio deceptus urgeat: Ita enim Imperatores Diocletianus & Maximianus A. A. & C. C. Antonino in l. 30. Cod. de Transaction. rescripserunt: *Transactioe finita, cum ex partibus tuis magis dolum intercessisse, quam eorum contra quos preces fundis, confitearis, instaurari, grave, nec non criminiosum, ibi est.* Siquidem ita jus est, si contractus morbo laborat, is quidem qui vitiosè contraxit, obligatur, id est, stare contractui cogi potest, ad invicem alter non obligatur, et si qui deceptus satisfacere ex suâ parte sit paratus; vid. *princ. Inst. de autorit. tutor. l. Julianus 13.* §. *si quis 29.* & §. *offeri 8. ff. de action. emt.* Sand. *Decis. Frisic lib. 2. tit. 9. D. 15.* Imò quotiescunq; negotium improbat, illud, *vo. lenteco*, in cujus gratiam id caveatur, intelligendum est:

est: *l. non eo minus*, 14. *C. de procur.* quia quæ in favorem alicujus inducta sunt, semper hanc tacitam conditionem, *si ille voluerit*, annexam habent. *l. 2. ff. de L. Commissor. d. l. Julianus*, 13. *§. si quis à pupillo*, 29. *ff. de act. emti.* Menoch. *conf. l. 20 num. 13. & seqq.* Brunneman. *add. l. 30. Cod. de Transact.* Nam etiam tunc, ubi contractus ob dolum causam dantem ipso jure nullus est, si deceptus contractum servare quam jure suo uti mavult, decipiens nullitatem opponere non potest, quia propriæ turpitudinis allegatio neminem tueri solet. *l. mercalem §. Cod. de condict. ob turp. caus. l. si creditorius*, 5. *C. de serv. pignor. dat. l. cum profitearis*, 4. *C. de rovocand. donat. cap. inter dilectos*, 8. *X. de donat.* vid. Hartm. *Pistor. lib. 1. quæst. 23. num. 3.* Carpzov. *jurispr. for. part. 2. Const. 34. def. 9. num. 4.* Zoes. *ad tit. ff. de dolo malo num. 9.* Struv. *Exerc. 8. thes. 28.* Interim ita demum, ut deceptor transactionem seruet, deceptus prætereendere potest, si etiam ex suâ parte implere transactionem paratus sit, cæteroquin contra prætensionem ejusmodi exceptionem doli æquitas suppeditabit, quæ aliquem cum alterius detrimento & injuriâ locupletiozem fieri vetat; maximè cum in casu simili, ne quidem pupilli, quibus tuitionem etiam divinitas jussit impendi, ut dicitur *in can. defensionis. 2. dist. 87.* meliori jure urantur, vid. Brunnem. *add. l. Julianus. 13. §. si quis. 29. ff. de action. emt. num. 82.* Locamer. *ad princ. inst. de tutor. & tutor. num. 6.* Struv. *Exerc. 31. thes. 43.* hac cautelâ præsuppositâ, qui calumniosè transegit, transactioni præcisè stare debet, quia alteri, qui in bonâ fide

vcr.

verſatus eſt, nihil, quod tranſactionem infirmet  
 obſistere poteſt, ſed tranſactio, cæteroquin calum-  
 niola, quoad ipſius perſonam, non minorem quàm res  
 iudicata auctoritatem habet, *l. non minorem 20. C. de  
 Tranſact.* & ne quidem Imperiali Reſcripto, aut in-  
 ſtrumentorum poſtea repertorum prætextu, multo  
 minus pœnitentiâ ipſius reſcindì poteſt: *l. cauſas 16. l.  
 ſub prætextu. 19. l. quamvis. 39. C. de tranſact. & arg. l. 4.  
 Cod. de re iud.* Quare ſi controverſiam tranſactione ſopitâ  
 deceptor reſuſcitare velit, non ſaltē exceptione Tranſ-  
 actionis repelli, *l. cum proponas 21. C. de pact. l. ſiquidem  
 ex cauſa. 24. l. ſi maior. 36. l. cum proponas. 17. C. de Tranſact.*  
 ſed & actione præſcriptis verbis, ſi contractu innomi-  
 nato facta fuerit Tranſactio, vel actione ex ſtipulatu,  
 ſi ſtipulatio intervenerit, *l. cum mota 6. & l. ſi profurodo 33.  
 C. de Tranſact.* vel denique conditione ex moribus, ſi  
 nudum pactum fuerit interpoſitum, ad exigendum  
 promiſſum, vel ut à lite deſiſtat, ac tranſactioni pa-  
 rear, conveniri poterit: vid. Coll. jur. Arg. ad tit. ff.  
 de Tranſact. num. 35. & ſ. 99. Lud. Wel. ad VVeſ. parat. ff.  
 de Tranſact. Num. 7. Lauterbach. ad tit. ff. de Tranſact. §.  
 29. 30. & 3. Struv. ad eund. tit. ff. theſ. 65. Carpzov. lib.  
 5. Reſp. 7. 11. 5. Quod ſi pœna ſtipulationi adiecta fue-  
 rit, in electione decepti eſt, ſi ipſe decipiens tranſ-  
 actionem violet, an pœnam petere, & data condice-  
 cere, an verò Tranſactioni inſiſtere velit, nam ad u-  
 trumque agere jura prohibent. *l. promiſſis 37. & l. pa-  
 ctum 40. Cod. de Tranſact. junct. l. 10. §. 1. ff. de pact. l. 4.  
 §. 7. ff. de dol. mal. & met. except.* niſi pœna cum expreſſa  
 clau-

clausula adjecta sit, ut placitis stare renuens, rato nihilominus manente pacto, pœnam solveret. *l. qui fidem 16. ff. & l. 17. Cod. de Transact.* aut transigens invocato Dei omnipotentis Nomine, eo Auctore calumniosam Transactionem solidaverit, tunc non tantum pœnam promissam præstare, & accepta restituere tenetur, sed etiam infamiâ notatur, & præterea agere nequit: utique si *maiorennis* fuerit, nam minorenes majoribus quoad observantiam iuramenti quidem, in *Autb. Sacramenta puerum. C. si advers. vendit*, sed non pœnam periurii, æquiparari placuit. *l. si quis maior. 41. Cod. de Transact. Brunnem. ad l. pactum 40. C. de Transact. num. 3. Goehaus. peric. Acad. part. 1. per 7. quest. 54. Richter. p. 1. decis. 33. Struv. add. ut. ff. de Transact. thes. 66. Carpzov. Pract. Crimin. part. 1. quest. 46. num. 19. Vinn. de Transact. num. 15.*

§. XXIII.

Sed hi in personâ circumvenientis Calumniosæ Transactionis effectus sunt: *circumventum* quod attinet, ille, ut statim sine figurâ dicam, Transactioni Calumniosæ stare regulariter non tenetur. Quod si enim nemini dolus suus patrocinari, nec ullus ex delicto actionem consequi, vel conditionem suam meliorem facere debet: *l. ne ex dolo. 12. ff. de dolo malo. l. 3. ff. de Transact. l. is qui dolo. 51. ff. de re iudic. l. etiam. 18. §. 1. ff. soluto matrim. l. cum post mortem. 43. §. 1. ff. de admin. tutor.* certè eum quoque, qui calumniosè cum aliquo transigit,

git, jus sibi efficax contra alterū acquirere non potuit. Legis est, non fovere alicujus malitiā, sed punire, nec decipientibus sed deceptis succurrere, ne ullus doli sui præmium ferat. *l. ita demum. 31. ff. de recept. arbitr.* Transactionis quidem magna omninò est autoritas, sed ejus quæ bonâ fide fit, Calumniosæ idem robur tribuere, sana ratio vetat: nam quo major Transactionis, præ aliis pactis, in jure valor est, eo magis in illâ dextrè omnia, & citra calumniam geræquum est. Et quam stricti juris negotiis annumeretur Transactio, quatenus specialis, quæ sit de re aliqua certa, liteque speciali, ad alias non extenditur, *l. quicum 9. ff. de Transact.* etiam si generalis clausula adjecta fuerit, omnia esse amicabiliter transacta & terminata, actoremque nihil amplius ab eo, cum quo agebat petiturum, *l. si de certa. 31. Cod. de Transact.* Imò strictissimi juris hoc sensu Transactionem esse Cothmannus dicat, *Respons. Acad. 27. n. 165.* de cætero tamen, leges quoties quantum inter partes valeat Transactio, mentionem faciunt, bonam utrinque fidem adfuisse, econtra omnem fucum, dolum, metum, errorem, & quicquid bonæ fidei repugnat ab fuisse simul difertè præsupponunt, scilicet quia nulli negotio magis bonâ fides, quam Transactioni convenit, quippe quæ finem liti imponit, & ut concordia stabilietur, interponitur; Hinc Imperator Philippus in *l. fratris tui. 10. C. de Transact.* notanter à Transactionibus bonâ fide interpositis, non discedendum esse ait. Valerianus Imper. in *l. Præses provincie. 12. C. eod. tit.* in Transactione, utrum de dubia lite,

G

facta

facta, an *ambitiosè* id, quod *indubitatè* debetur, remissum sit, attendere jubet. Imperatores Diocletianus & Maximianus, Transactiones *metus causâ* interpositas ratas non haberi docent in *l. interpositas. 13. C. de Transact.* iidem in *l. causas. 16. C. eod. tit.* causas vel lites Transactionibus *legitimis* (quales utique calumniosæ non sunt) finitas, Imperiali Rescripto resuscitari non oportere dicunt. In *l. sub prætexitu. 19. C. d. t.* sub prætexitu instrumenti saltem Transactionem *bonâ fide* finitam rescindi prohibent, quod si verò subtractis instrumentis transigendo aliquis fuerit circumventus, actione vel exceptione doli succurrendum esse docent. In *l. cum ea. 21. C. de Transact.* quæcunque in Transactione *simulatè* geruntur, pro infectis haberi jubent. Similiter in *l. 29. C. d. t.* si *Error* circa rem, de quâ transactum, intervenerit, non nocere transactionem rescribunt. Et in *l. 42. C. d. t.* Transactiones de *falsis instrumentis* interpositas retractari laudati Imperatores præcipiunt; quibus addi potest *l. qui cum. 9. §. 2. ff. de Transact.* ubi Ulpianus de eo qui in Transactione deceptus est, ait, *quod non tam paciscitur quàm decipitur.* Doctores quoque passim, ut ut in omni pacto bonam fidem tacitè supponant, in Transactione tamen eam inter alia requisita nominatim requirunt, & quicquid eidem repugnat, exulare jubent. vid. Coll. jur. Arg. tit. de Transaction. thes. 27. ibi: *excludit Transactio errorem, metum, atque dolum, & requirit bonam fidem &c.* Cothmann. vol. 2. Respons. 53. num. 132. verbis: *Transactio tres comites habet, quod super vere dubia & incerta, non super*

scribitur

D

super



Super ementita, imaginaria, inumbrata, fictitia & falsa live ac re sit interposita, & porrò : ut celebrata sit bona fide sine dolo. Herm. Gochaus. Peric. Acad. part. 3- peric. 4. quast. 24. ibi: ut bona fides intervenerit, non dolus verus vel presumtus. Wesenb. in parat. ff. de Transact. Num. 8. Lauterb. add. tit. ff. de Transact. §. 32. & comūiter omnes. Quare nimis exacti, & rigidi juris observatores illi iudices sunt, qui simul ac Transactio parti exponitur, ad condemnationem vel absolutionem properant, quasi vero bonâ fide an dolo, ex errore & ignoranter, an aperte & scienter transactum sit, parum referat, modò transactum sit. Utrique in causam Transactionis primò inquirendum, & si quæ transactioni exceptio fuerit opposita, ejus probatio injungenda prius, quàm definitivè pronunciandum est. Inde JCti Helmstadienses anno 1610. d. 24. Dec. Burchardo à Veltheim rectè responderunt: Wurde gedachter Kläger / daß er anzogener massen in dem hinc inde allegirten Vertrage von dem Beklagten listiglich hintergangen / &c. darthum und erweisen / daß dar auff ergehen soll was recht ist: ap. Hahn, in observ. ad Ves. parat. ff. de Transact. Num. 8.

§. XXIV.

Ampliare audeo quod dixi, deceptum Calumniosæ Transactioni stare non teneri (1) Etiam si à iudice imò à Principe confirmata fuerit: Quanquam enim iudicis autoritas ut jam supra dictum est, fraudis & lésionis præsumptionem regulariter excludat, si ta-

men contrarium appareat, præsumtio illa parum proderit, sed juxta naturam aliarum præsumtionum veritati cedere debet, quia quod ex se iniquum est, nudâ iudicis confirmatione æquum non redditur siquidem confirmatio nullum novum jus tribuit, nec negotium confirmatum alterat, sed contractum relinquit, qualis est. *cap. I. X. de confirm. util. vel inutil. L. Aurelius. §. Testamento. & ibi Gloss. ff. de Liberat. legat. D. Stryck. de Cautel. Contract. sect. 2. cap. 4. §. 31. & sect. 3. cap. 7. §. 21. in Responso ibi: liber dem in actu judiciali die lætio zwar nicht præsumiret wird / dennoch wann selbe liquido erwiesen werden kan / solcher actus wohl impugniret werden mögen. Joh. Koppen. p. 1. Decis. 58. num. 22. Schrader. vol. 1. consil. 19. num. 10. Gail. lib. 2. Observ. 1. nam. 3. seq. Menoch. de præsum. lib. 2. præf. 75. Valq. part. poster. controuv. illustr. lib. 3. c. 61. Sfort. Odd. de restitut. in integr. quest. 22. indeque de nonnullorum cautelâ practicâ, qua contrahentibus suggerunt, ut postquam contractus celebratus fuerit, judicem partes adeant, ab eoque confirmationem petant, quasi hæc subsecutâ, perpetuam contractus firmitatem, habeat nec ullus rescissioni locus sit, haud difficulter judicari potest; enimverò meritò hanc vilipendit Gochausen *peric. Acad. part. 4. peric. 4. quest. 23. in fin.* quia cautelâ illâ admisa, facilè omnia remedia rescissorïa eluderentur, cum iudex confirmatione suâ facilis sit.*

§. XXV.  
Ampliatur (2) etiam si deceptus juramento Transactionem firmaverit, prout eleganti Responso  
Jaco.



Jstorum Francofurtensium firmat D. Stryckius *de Cancell. contract. sect. 3. cap. 7. §. 19.* Enimverò talis jurata transactio cui dolus, metus, vel error causam dedit, verâ *περσπερσ* & iudicio, quod tamen ad comites juramenti pertinet, *c. etsi Christus. 26. X. de jurejur. destituitur, dum deceptus, quid in rei veritate lateat, vel ignorat, vel si novit, liberè tamen in illud non consentit.* Hinc Transactionem ex falsis instrumentis utut cum jurisjurandi religione factam, retractari præcipiunt Imperatores Leo & Anth. *in l. si de falsis. 42. C. de Transact.* & indistinctè Transactionem juratam, si dolus concurrat, rescindendam esse Doctores statuunt. Gutierrez. *de juram. confirmat. p. 1. c. 37. & p. 3. c. 2. num. 21.* Carpzov. *jurispr. for. p. 2. Const. 35. def. 2.* Hahn. *ad Vvesenb. de Transact. num. 8.* quia dolus in omninegocio exceptus, Barbof. *lib. 4. cap. 44. axiom. 1.* & juramentum alterius dolum purgare nequit. Sfort. *Odd. de restit. in integr. 2. 24. num. 44.* Ubi enim constat de dolo, ibi cessat obligatio juramenti: *l. indubitati, ult. Cod. de non num. pecun.* Setserus *de juram. lib. 1. cap. 26. num. 12. 13. & 14.* Brunneman. *ad d. l. ult. C. de non num. pecun. num. 4.* Zœsius *ad tit. ff. de jurejur. num. 73.* neque jurisjurandi religio nequissimis calumniantium cupiditatibus ancillari debet. Matth. *de Afflict. Decis. Neapolit. 220. num. 6.* atqui ubi in contractu dolus adest, ibi quoque in iuramento adesse præsumitur, quia iuramentum naturam actus, cui adiicitur, sequitur. Giphon. *Tract. de Renunciat. consil. pag. 158.* Idemque prorsus est, si quidem non dolus, error tamen, vel

metus juramenti comes fuerit. Struv. *ad tit. ff. de jurejur. thes.* 16. interim tamen absolutione à juramento deceptus opus habet, *c. si verò. 8. c. verum. 15. c. cum contingit. 28. X. de jurejur. cap. 2. & 4. X. de his quæ vi met. caus.* quoniam non persona decipientis saltem inspicitur, cui ex errore, dolo, aut vi ejusdem iuratur, sed is qui iuramento invocatur, Deus. Struv. *ad d. tit. th. 16.* H. Grot. *de 7. B. & P. lib. 2. cap. 13. n. 15.* Planè, si Transactio Jurata ex plenâ animi destinatione, ac verâ certaque scientiâ profecta, cœterùm unicè ob formam & solennitatem legis neglectam, calumniosa fuerit, (nam & hoc sensu Transactionem calumniosam dici posse supra ostendi) v. g. si de alimentis testamento relictis citra cognitionem prætoris, aut de controversiis, quæ ex ultimâ voluntate oriuntur, non inspectis verbis ultimæ voluntatis, mediante Sacramento transactum fuerit, aliud est, talem enim iuratum transactionem rescindi, æquitas juris Canonici non patitur, *arg. cap. cum contingat. 28. X. de jurejur. cap. quamvis. 2. de pact. in 6. conf.* Struv. *ad d. tit. ff. de jurejur. thes.* 22. & Gutierrez *de juram confirm.* Vinn. *de Transact. cap. 5. §. 8.* ubi hanc communem esse testatur. Lauterbach. *ad tit. ff. de Transact. §. 19.*

## §. XXVI.

Ampliari potest. (3) *etiamsi* Transactio non verâ, sed saltem præsumtâ calumniâ, scilicet enormissimâ læsione (quæ dolum *ex re* vocant) laboret, ut jam quoque supra paucis attingi. Quanquam enim non jure saltem Romano, sed & consuetudinario adhuc valde controversum

versum sit, An Transactio ob enormissimam læsionem  
 beneficio l. 2. C. de rescind. vendit. rescindi possit? affirma-  
 tivam tamen utroque iure ego verissimam arbitror, ut  
 ut hoc nihil absurdius, Reiq; publicæ perniciosius dici  
 posse Anton. Faber lib. 8. error. pragmat. 10. autumer.  
 Militat sane pro hâc sententia evidentissima æquitas,  
 ut vel idèd, iudice D. Stryckio in usu moderno Pandect. ad  
 tit. de Transact. §. 22. eidem standum sit: & ne multa  
 in tam solenni & famosa quæstione, quæ Decisione  
 Imperatoria indigere videtur, secundum Matth.  
 Coler. conf. 8. num. 6. verba faciam, eundem Sum-  
 mum J. Ctum cit. loc. saltem audire liber: ita verò ille,  
 Necesse ait, Transactioes ita cum incommodo judiciorum læ-  
 befactari: aut frustra id asserti, cum Transactio inita sit super  
 re dubia, in hâc verò non posse ostendi læsionem: Suppono enim,  
 ex eventu constare liquido posse de ipsa læsione, forte ob reperta  
 noviter instrumenta, qua licet per se ad rescindendam Trans-  
 actionem non sufficiant, L. 19. C. de Transact. si tamen enor-  
 missimam læsionem manifestè ostendant, merito succurrendum  
 lesio: Manebunt ergò valida Transactioes omnes, quamdiu  
 durat dubietas cause de qua transactum: Hâc cessante ac læsio-  
 ne gravissimâ apparente, aliud dicendum. Atque hanc  
 sententiam communiorem & praxi magis receptam  
 esse testantur Willenbach, ad l. 2. C. de rescind. vendit.  
 Mevius (alias dissentiens p. 2. dec. 245.) p. 4. Dec. 30. num.  
 8. & p. 4. Dec. 284. num. 2. Carpzov. p. 2. Const. 34. def.  
 1. num. 4. Heig. p. 2. q. 9. D. Stryck. c. l. Arius Pinel-  
 lus, subtilissimus Lusitanix J. Ctus, ad l. 2. C. de rescind.  
 vend. c. 4. n. 15. c. 4. n. 15. ubi in summis Hispaniæ, Gal-  
 liæ,

liæ, aliorumque locorum curiis ita pronounciari testa-  
 tur. Alciatus in *l. id apud. ff. de Verb. signif.* ubi pluries  
 pro hac sententia in Senatu Parisiensi iudicatum fuisse  
 refert. Hyeron. de Cevallos *specul. aur. opin. commun.*  
*contra commun. quest. 72.* cum allegatis. At quid si ju-  
 ramentum tali Transactioni accesserit? nihilominus ex  
 capite enormissimæ læsionis rescisioni locum relin-  
 quendum esse sentio, quia ubi talis læsio, ibi quoque  
 error & ignorantia est, & dolus ex re ipsa comparatur  
 dolo vero, indeque iuramentum relaxari posse com-  
 munitè docent. Schurff. *cent. 1. consil. num. 2.* & *cent.*  
*tur. 2. consil. 37. num. 23.* Gravetta *Consil. 7. num. 2.* &  
 3. Giphani. *de Renunciat. consil. 5. pag. 159.* Gail. *lib. 2.*  
*observ. 147. num. 10.* Covarruv. *in c. quamvis de pact. in*  
*6. part. 3. §. 4. num. 9.* Joh. del Castill. *de juram. Disp.*  
*4. dub. 6. num. 114.* Hart. Pistor *quest. 6. num. 72.*  
 Imò et si præter simplex iuramentum confirmatorium  
 Renunciatio quoque læsionis enormissimæ Transactioni  
 adjuncta fuerit, læso succurrendum est: scilicet quia  
 ignoravit læsus talem læsionem intervenisse, ignora-  
 to juri autem renunciasse quis non censetur: *l. si mater.*  
*19. ff. de inoff. testam.* Cephal. *lib. 1. consil. 3. num. 100.*  
 Tunc enim saltem, si enormissimæ læsioni cum jura-  
 mento renunciatum, non succurritur renuncianti; si  
 scientiam læsionis habuit. Dunozet *Decis. 126. n. 11.*  
 Sed etsi interventu necessariorum seu consanguineo-  
 rum Transactioni celebrata fuerit, si tamen enormissi-  
 me alteruter læsus fuerit, retractari poterit. vid. Coth-  
 man. *vol. 2. Respons. 53. num. 111.*

## §. XXVII.

Non abs re autem *enormissima* læsionis mentionem feci, quia enormis non sufficit. Nam si enormis læsionis prætextu Transactionem bonâ fide factam tanquam calumniosam impugnare liceret, eveniturum propè, ut nullæ unquam Transactiones interpugnentur, quæ non sub læsionis allegatæ colore oppugnentur. Quare si quispiam reperitur læsus ultra dimidium justæ æstimationis in modico, rata erit Transactio. Sin autem læsio ultra dimidium latius excurret in notabili quantitate, rescissioni locus erit: & ita docent *Mynsing. cent. 5. observ. 91.* ubi Dominos Camerales in causa quadam arduâ hanc distinctionem approbasse refert. *Heigius part. poster. quest. 9. num. 28. seqq.* ubi juxta hanc sententiam etiam extra Electoratum Saxoniz pronunciatum fuisse testatur. *Phil. Corn. Vol. 1. cons. 160. & 189.* *Decius, Cagn. aliique quos allegat Pinellus dict. coco num. 26.* indeque *Senatus, Mindensis* in causâ *Johann Meyers/ contra Jobst Knochenwebel/* d. 12. Octobr. anni 1666. prætextu quidem enormis læsionis à Transactione non esse recedendum judicavit: ibi: *daß Beklagter der am 16. Decemb. abgewichenen 1665. Jahrs coram Commissariis getroffener Transaction in allen Punkten und Clausulen/ Einwendens ohngeachtet/ allerseits nachzuleken schuldig:* contra verò in causâ *Herman Bodecker contra Henrich Brandhorst* d. 30. Octob.

H

anno

anno 1657. ob enormissimam læsionem rescissioni lo-  
 cum reliquit, verbis: Das die am 6. Febr. anno 1657.  
 coram Notario & testibus aufgerichtete transactio in  
 ihrem Vigore verbleiben solle / biß Herrmann Bode-  
 cker und dessen Frau in rechten beständig beweise /  
 das sie bey der transaction enormissimè lædiret: teste  
 Crusio ad jus Statutarium Mindense tit. 5. Decis. 2. & 3. Pla-  
 nè si transactio ex dolo, metu, vel errore profecta,  
 atq̄ adeo ex se calumniosa fuerit, ad quantitatem læsi-  
 onis, enormis an enormissima fuerit, non respicien-  
 dum est, cum qualiscunque sufficiat. Illud ad-  
 do, probationem læsionis non ad dubium litis even-  
 tum referendam esse, siquidem ita probatio læsionis  
 nunquam concludens esse poterit, cum eventus litis  
 sit incertissimus, ut non abs re dicat Heigius *dict.*  
*quest. num. 27.* se per annos duodecim continuos cogni-  
 tionem causarum in curia suprema & intermediis iudiciis  
 vacasse, nondum tamen vidisse, exemplum ullum, quo  
 quis se ultra dimidium in transactione læsum esse, hac  
 quidem ratione, liquidò comprobasset: sed ad id,  
 quod revera tempore transactionis competiisset, pro-  
 batio læsionis institui debet, quo sane modo, læsio e-  
 iusmodi, vel per testes, aut peritos rerum æstimatores,  
 aut per instrumenta, aut iuramenti delationem bene  
 probari poterit. Carpzov. p. 2. C. 34. Def. 1. num. 1.  
 Heig. d. quest. 9. num. 32. & seqq.

§. XXVIII.

Sunt tamen casus, in quibus Calumniosa Trans-  
 actio

ctio etiam deceptum obligat, ut stare eidem debeat. *Primus* est, quem supra retuli, si à decipiente præterdat, ut Transactionem seruet, quia nunquam contractus ita claudicare debet, ut unus impleat, alter non impleat prout §. 22. demonstratū est. *Secundus*, est in l. 34. *Cod. de Transact.* si sciens adversarii dolum ex libera voluntate transegerit: sciens enim & volens non decipitur, ideoque nec de dolo potest conqueri: l. 1. in fin. ff. de act. empt. l. 3. §. 5. ff. de homine libero exhib. Nemo videtur fraudare eos, ait Ulpianus in l. 145 ff. de Reg. jur. qui sciunt & consentiunt: ejusmodi enim transigens quicquid dat vel promittit, donasse intelligitur, prout Transactionem talem *donationem* Imperatores vocant in d. l. 34. *Cod. de Transact.* quod adeo verum arbitror, ut ut cum transegit, protestatur fueris se decipi, quia protestatio facto contraria est, quæ nihil operatur, per ea quæ latè proponit Barbosa lib. 14. cap. 103. axiom. 15. atque hoc est, quod Imperatores volunt in l. 22. *Cod. de Transact.* si major transegisti, ad rescindendam Transactionem de dolo contestatio, hoc est protestatio, non sufficit, uti post alios explicant Brunnemannus ad d. l. 22. & Gotofred. in not. ad eand. leg. lit. m. Notanter autem dixi, si quis sciens alterius calumniam libera voluntate transegerit, nam etsi quis, quod læderetur vel circumveniretur, bene sciverit, si tamen quodammodo invitus, aut necessitate compulsus in Transactionem calumniosam consenserit, hanc omnino impugnare postea poterit, id quod etiam probat Molina Tract. 2. disp. 556. num. 2. dum ait: *Quando is in cuius favorem lata est*

*rentia qua in rem iudicatam transiisset, consentiret in Trans-*  
*actionem, ad suam redimendam vexationem, quia alter diffi-*  
*lis est ac potens, neque obtinere ab eò facile potest totum, quod*  
*ipsè est adiudicatum, tunc invalida esset Transactio, & post*  
*partem vi Transactionis obtentam posset agere ad reliquum;*  
*scilicet quia, ut bene hunc locum illustrat D. Stry-*  
*ckius in usu moderno Pandect. tit. de Transactio. §. 8. non*  
*præsumenda est liberalitas in eo, qui ob malitiam ad-*  
*versarii & defectum necessariorum sumtuum diffi-*  
*lem sentit executionem. Tertius huic similis est, si*  
*nempe quis sciens qualitatem & æstimationem re-*  
*rum non obstante qualicunque læsione transegerit, &*  
*nominatim ex certâ scientiâ læsioni rennunciaverit. arg.*  
*l. pen. C. de pact. & cap. supra hoc. 5. X. de Renunciat. c. dilecti.*  
*17. X. de for. compet. præclare namque Imperator Justi-*  
*nianus in l. 11. C. de reb. cred. absurdum esse pronunciat,*  
*redire ad hoc, cui renunciandum quis putavit, vid Co-*  
*varruv. lib. 2. var. resol. c. 4. Modò, uti dixi, ex certa scientia*  
*renunciaverit, ab ignorante enim læsum esse, etiam ju-*  
*ratò factam renunciationē, non obstare, ante dictū est.*  
*Demum quartus addi potest, si quis ex supinâ negli-*  
*gentiâ suâ, crassaque oscitantia ipse sibi in Trans-*  
*actione grave damnum procuraverit, cum alter nec*  
*dolū nec læsionem intendens omnia bonâ fide ageret.*  
*Scilicet quia vigilantiam à contrahentibus requirunt*  
*lèges, nec, ut somnolentis subveniant, jura scripta*  
*sunt: Cap. damnum 86. de Reg. jur. in 6. & l. 203. ff.*  
*cod. tit. Rol. à Valle consil. 72. num. 20. lib. 3. Gylman*  
*4. Tot. 37. num. 49. Exemplum est in notabili casu cu-*  
jus



jus meminit Manzius *Decis. Palatin. quest. 46.* ubi Nobilis quidam litem movit subditis suis ratione operarum, & coram Commissariis transegit, ut singuli septies per annum diurnas operas præstarent, postea ex inspectione actorum feudaliū apparuit, subditos ad indeterminatas operas **zu ungemessenen Fron-**  
**dienste** obligatos olim fuisse. Enim verò cum Nobilis ille in proprii facti vel privati juris iguorantia versatus fuerit, quod melius utique inquirere debuisset, atque, seu ex imprudentia, seu avaritia, nullū Patronum causæ desideraverit, cum contra rustici tribus juris peritis (qui utique omnia bona fide egisse præsumuntur, juxta ea quæ in §. XIX. dicta sunt) instructi ad transigendum accesserint, prætextu detectæ læsionis à Transactione non recedendum esse rectè judicatum est, maximè cum etiam favor libertatis transactionem istam juvaret: unde nec ad veræ calumniosæ Transactionis exempla, hunc casum referre audeo.

## §. XXIX.

Superest ut *Remedia*, quibus adversus Calumniosam Transactionem decepto succurritur, addantur, quæ vel in Agendo consistunt vel Excipiendo. Ad agendum profunt pro diversitate casuum, (1) Actio quod metus causa *arg. l. 35. C. de Transact.* (2) Condictio ob turpem causam: *arg. l. 5. §. 1. ff. de Calumniator.* Paulus Castr. *ad l. 65. ff. de condict. indeb. n. 3.* Berlich. *p. 2. Dec. 263, n. 29.* (3) Condictio indebiti,

H 3

tametsi

tametsi enim regulariter quod transactionis causa solutum est non repetatur, si tamen Transactio vel non subsistat, vel subsistat quidem, sed calumniosa sit, conditioni locum esse docent Ulpianus in *l. eleganter, 23. ff. d. Condiēt. indeb.* & Paulus in *l. 65. §. 1. ff. eod. tit. vid. Brunnemannus ad d. l. 65. ff. de Condiēt. indeb. num. 10. & seq. (4) Restitutio in integrum, & quidem si error subfuerit, ex generali clausula in *l. 1. ff. ex quibus caus. major. l. etsi, 26. §. item inquit, ibi: quoties aq̄uitas &c. ff. de Restit. in integr. (5) Remedium *l. 2. Cod. de rescind. vendit.* juxta *Betold. conf. 254. num. 54.* & Doctores supra citatos. & (6) cessantibus aliis mediis, Actio de dolo *l. 4. & 19. Cod. de Transact. junct. l. 1. §. 1. & 4. ff. de dolo malo, ac (7) Accusatio falsi, l. 42. Cod. de Transact. Coll. jur. Argent. tit. de Transact. §. 54.* Atque eadem ferè remedia decepto ad excipiendum profunt, quia quæ ad agendum competunt, ad excipiendum multo magis concedi solent, per ea quæ leguntur ap. *Barbos. lib. 5. cap. 23. axiom. 22.* Unde deceptor, si ad præstandum, quod transactione promissum est, agat, Exceptione doli, metus, in factum erroris, læsionis enormissimæ &c. repelli poterit: Prout quoque si deceptus agat, & deceptor exceptionem pacti vel transactionis opponat, hæc per replicationem doli mali removeri poterit; juxta *l. 19. C. de Transact.***

## §. XXX.

Sed quid si calumniosâ Transactione læsus, damni quod passus est, refusionem, nullo fortè remedio juris,

juris Civilis consequi possit, an ad extraordinarium denunciationis Evangelicæ remedium confugere poterit? Cujus quæstionis negativa mihi hætenus verissima visa est, in quâ & nunc subsisto, postquam quoad hanc quæstionem, Lectorem Benevolum ad Canis. *in summ. jur. Can. lib. 4. tit. 19.* Donat. Vicent. *tr. de judic. nap. 6. tit. 3.* Gotofred. de jena *tr. de Scto Maced. & in eod. de denunciat. Evangel. sect. 4. aph. 4. 5. 6. & seq.* Herm. Schmidt *Dissert. inang. de denunc. Evangel. in hac Ludoviciana habita*, imprimis verò ad Christ. Frid. janum *tr. de denunciat. Evangel. per tot.* ubi remedium hoc denunciationis Evangelicæ supervacuum esse, & nullibi inter Protestantes receptum esse, bene ostendit, remisero. Atque hic pedem figo, Deo Opt. Max. pro concessis hucusque viribus, supplices gratias agens, cui sit Laus & Gloria sempiterna!

FINIS.



161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200

FINIS



COROLLARIA.

I.

**P**rinces equidem Statusq; Imperii circa solennitates testamentarias subditorum suorum, liberam disponendi facultatem habent, ipsos tamen Principes in ultimis elogiis condendis, ad curiosam solennitatum Iustinianearum observationem teneri verius est.

II.

Comitem Palatinum in territorio Status Imperii minorenni veniam aetatis concedere posse, sine ratione dubitatum est.

III.

Universalium in Imperio Rom. Germ. Legum vim atq; auctoritatem obligandi, à solo Imperatore dependere, recte dicitur.

IV.

Ut ut rationibus nonnullis, ut Coronam à Pontificis manu petat, sumatq; Imperator, vulgo dissuaderi soleat, longè tamen pragnantiores adsunt, quæ utilem hanc Coronationem Imperio esse evincunt.

V.

Et Casarei Iudicii Aulici, eſ; Camera Iurisdictio à solo Imperatore est. In

In feridas ultimo supplicio quandoq; rectè animadvertitur. VII.

SCro Vellejano de l. Civ. Mulierem certis saltē casibus, non tamen indistinctè renunciare posse verius est, ut ut praxis & communis opinio reclamet. VIII.

Quod Viglius ait, nusquam magis à lctis, quam in legum extendendarum licentia peccari, illud maximè ad eos quadrat, qui plures, quam quas Novella CXV. exprimit, exheredationis causas contra mentem Imp. admittūt. IX.

Exceptionem non numerata pecunia ultra biennii metas minimè extendi debere Imperator quidem ait, adhuc tamen rectè dicitur, etiam elapso biennio eam locum habere. X.

De factō quodam interrogatus, quod optimè novit, sine mendacio respondere potest, se id ignorare, & si, quod scit, dicit, ipsi tamen non credendum. XI.

Institutio in uno nummo plus valet, quam legatum mille auctororum. VOTI.



VOTIVÆ ACCLAMATIONES.

**L**ANGENBECCE *Tuis* grator Conatibus ! *Eccur*  
His meritò fertum non Themis alma pareat ?  
Scilicet haud præstò est *Transactio mentis iniqua* ,  
Quâ à Themide id poscis ; Sed *Tibi* Jure datur.

*Ita applaudit Nobilissimi Dn. Candidati  
mox consequendis Honoribus  
animatus*

FRIDERICUS NITZSCHIIUS, Ph. & U. J. D.  
Com. Pal. Cæs. Confil. Hass. & P. P.



**P**ræclarum multi nomen meritisque perenne  
Novere *Langenbecios*.  
His dignum *Noster* sese majoribus ardet  
Probare *Langenbecio*.  
Hinc titulos referet, Musâ applaudente, politum  
Civem daturus *Patriæ*.  
Et jam quid nostrum vetat acclamare Lyceum :  
Feliciter ! Feliciter !

*Nobilissimo, Ornatissimoq; Jurium Candidato  
l.mq. scribebat*

JOH. NICOLAUS HERTIUS,  
J. U. D. & Prof. Publ.

) (

*Piro*



*Viro Juveni Nobilissimo,*  
 DN. GEORGIO LANGENBECK,  
 Hamburgensi,  
*Honorum Doctoralium Candidato Bene-*  
*meritissimo,*  
 Fautori, Domestico, & Commensali suo  
 Honoratissimo.



*S*æpe nihil aliud intendunt, qui  
 Honores Academicos appetunt,  
 quàm ut immunitatibus fruantur,  
 & plebeiorum sorte exempti,  
 prerogativâ quadam gaudeant, parum cu-  
 rantes, dignè an indignè ad Honores illos ob-  
 repant. Enim verò uti non otiosa dignita-  
 tum nomina, sed virtutum premia, Tituli  
 Honorifici sunt, ita non nisi virtute atq; la-  
 bore vendi, nec nisi pio in DEUM, patriam,  
 atq; proximum ardore, illos possidere fas est.  
 Longè alienum ab horum ingenio Te, Domi-  
 ne LANGENBECK, deprehendi, qui tales  
 ex Academia TULIA, & Norico ALTOR-  
 FINA, Legalis scientiæ profectus huc attu-  
 listi,



listi, mibiq; in Auditorio haectenus probasti,  
 ut Nominis, quod Senatus Academiae Am-  
 plissimus cum applausu jam Tibi imponit,  
 mensuram, ubi ubi occasio tulerit, implere. Et  
 Familiae ad Te derivatam gloriam, iisdem  
 quibus parta est modis, conservare, Et glo-  
 riosè posse, Et candidè Te velle, augurer.  
 Quemadmodum Consultissimi DN. PA-  
 RENTIS vestigia hoc ipso laudabiliter pre-  
 mis, ita Eidem de Te meritò, Tibi verò de  
 Academicà navigatione feliciter peractà, ex  
 animo gratulor, atq; ut itineribus, quae porrò  
 meditaris, cum laude perfunctis, sospites Tuos  
 incolumesq;, ipse sospes atq; incolumis rursus  
 salutes, tum publicus in amplà statione ho-  
 nor, cum omnigenà, quae in votis esse potest,  
 prosperitate Te comitetur, à DEO supplex,  
 atq; ex intimis animi medullis precor. Scri-  
 bebam Giessæ d. 14. Nov. Anno 1694.

Tui Studiosissimus

BERNH. LUDOVICUS MOLLENBECIUS,  
 J. U. D. Com. Pal. Caf. & P. P.

)( 2

Apres



**A** PRES TOURMENT CONTENTEMENT,  
 & ceux, qui vivent vertueusement,  
 seront recompensés. Il est bien connu à  
 tout le monde, à combien de peines, de  
 travaux, & de facheries est assujetty un  
 Etudiant; car si je devois conter toutes les  
 disciplines, & mettre conjointement de-  
 vant les yeux leurs difficultés, l' y trouve-  
 rois un Ocean, qui n' est point frayé & fort  
 malaisé à naviger, de sorte que plusieurs  
 personnes & même les plus capables, à  
 qui au premier regard cette affaire sembleroit  
 impossible, en seroient detournés.  
 L' Artisan pourtant est d' autant plus cher,  
 plus son Art est difficile, de la maniere que  
 les esprits bien timbrés, & les plus nobles  
 doivent être excités, & encouragés à facque-  
 rir cette science: car n'est ce pas un noble  
 objêt, que celuy qui traite le J<sup>C</sup>te? veuqu'il  
 ne manque point d' occupation, tantôt  
 dans

dans les affaires particulieres, tantôt dans  
 les affaires publiques, c'est à dire dans cel-  
 les des Electeurs, des Princes, & enfin de  
 l'Empereur même, & de tout l'empire.  
 Quelle chose est donc celle, qui soit plus  
 louable, plus precieuse, plus agreable &  
 plus salutaire, que de connoistre bien le gou-  
 vernement politique de sa Patrie, & de  
 savoir appliquer les loix aux faits, & ainsi  
 administrer la justice ? O but plus qu' ex-  
 cellent ! Car nôtre droit donne le prix à  
 ceux, qui s'y attachent avec application,  
 ce qui sera aussi conferé dignement à vous,  
 Monfr. le Candidat, & c'est à cette heure  
 qu'on peut dire avec verité APRES TOURMENT  
 CONTENTEMENT. D' autant què voicy  
 arriver le tems que vous souhaitiez & atten-  
 diez avec tant d' ardeur, & avec tant de pas-  
 sion, c'est à present que le tems trouble  
 seclaircit, & à cette- heure commence le  
 tems, qui vous fera voir vôtre agrandisse-  
 ment, où vos vertus, qui vous sont si natu-  
 relles



relles jointes à ces honneurs, vous distingueront facilement des autres ; cependant vivez bien & heureusement, dans cette nouvelle dignité, à vôtre contentement & à la gloire de toute vôtre fameuse famille.

*Avec ce peu felicite à Monfr. le Candidat  
un Commensal qui est tant, qu'il vivra,  
son veritable Amy & son tres humble  
serviteur*

C. R. de WECHMAR  
Francon.



**D**as alte Sprichwort heist : Es pflaget früh zu brennen  
Was eine Nessel wird : im  
zahrten Alter Thumb /  
Wann sie kaum außgespröht / gibt sie schon zu  
erkennen  
Ihr Eigenschafft und Abt. Disi sag  
Ich auch mit Ruhm  
Von

Von Euch mein wehrter Freund. Ihr habt in  
 Euer Jugend  
 Von zahrter Kindheit an/ Euch rühmlichst  
 schon bestrebt/  
 Auch stets gefolget nach dem wahren Weg der  
 Tugend/  
 Nach mehr erlangten Jahren/ hat gar nicht  
 angelebt  
 Ein solcher mund'rer Geist dem niedern dieser  
 Erden /  
 Er schwung sich stets empor : Man sahe  
 jederzeit  
 Wie sehr Er sich bemüht / damit Er möchte  
 werden  
 Hiernechst denn' zugeseht / die Ihr Ver-  
 gänglichkeit  
 Allein in Künsten suchen. Drum hat es auch  
 geglückt/  
 Euch wird heut beygelegt die schöne Do-  
 ctors-Kron.  
 Die denn' ist zu gedacht / die selbst die Themis  
 schieket/  
 Der Fleiß hier angelehret. Ich wünsche  
 Glück zum Lohn


Den

Den euere Müß verdient. Der Höchste wolle legē  
 Zur wohlverdienten Ehr viel Seegens volle  
 Jahr/  
 Es muß in Eurem Hauß stets schweben eytel  
 Seegen/  
 Bis Ihr fahrt selig an dort zu der Sternen  
 Schaar.

Mit diesem wenigen habe dem Herrn  
 Doctorando zum gutigen Anden-  
 cken mich schönsten entsehlen und  
 dabey versichern wollen / daß ich all-  
 zeit bleibe

Meines Hochge-Ehrten und  
 sehr wehrten Freundes  
 Ergebenster Diener.

J. W. C. FABRICIUS.



**E**In Kind von gutem Stam/so gleich dem Vatter lebet/  
 Und nichts als nur nach Ruhm der Eltern sich bestrebet/  
 Dem ist der Himmel hold / und schiekt Ihn alles zu  
 Was seiner zährten Seel bringt die gewünschte Ruh.  
 Er wehrtester Langenbeck / weil Ihn schmückte diese Tug-  
 end

Und Er der alten Geist läst sehen in der Jugend/  
 Kriegt billich auch anheut den längst verdienten Lohn/  
 In dem Ihn Themis ziert mit der Gelährten Kron.

Dieses setze dem Herrn Doctorando als sei-  
 nem wehrtgeschätzten Freund auß obligens-  
 der Schuldigkeit glückwünschend hinzu

J. A. Rau von Holzhausen.

FINIS.

Giessen, Diss; 7694-7698


ULB Halle 3  
001 601 571




f  
Sb.

107A









B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

- SANCTÆ ET INDIVIDUÆ <sup>3-479</sup> 164  
 TIS PRÆSIDIO, 1694/3  
 EX  
 ET AUTORITATE, 1052  
 ET CELEBRATISSIMI 3/  
 M ORDINIS  
 TRI ACADEMIA  
 VICIANA,  
 EM INAUGURALEM  
 DE  
**ACTIONE**  
**MNIOA,**  
**LICENTIA**  
**IN UTROQUE JURE**  
 PRIVILEGIA DOCTORALIA  
 CONSEQUENDI,  
 AD AMPLISSIMI  
**ACADEMICI**  
 NI SUBMITTIT  
**LANGENBECK,**  
 mburgensis.  
 CTORUM AUDITORIO  
 Nov. M DC XCIV.  
 E HASSORUM,  
 RMANNI KARGERI, Acad. Typ. Ord.  
 is Henningi Müller, 1694.